



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>











acc - 120/

1 1/2











# MARCI MANILII ASTRONOMICON;

*Ex optimis quas adhuc habemus  
Editionibus representatum.*

ACCESSERE  
CHRISTOPHORI CELLARII

Rudimenta Astronomica ad interpretandos Poetas  
aliosque veteres Scriptores accommodata :

DAVID GREGORIUS

*de Stellarum Ortu, & Occasu Poetico ;*

ET JULIUS PONTEDERA

de MANILII Astronomia, & Anno Cælesti.



PATAVII. CIOIOCCXLIII.

EXCUDEBAT JOSEPHUS COMINUS.

SUPERIORUM PERMISSU.





THE  
JOURNAL  
OF THE  
ROYAL ANTHROPOLOGICAL INSTITUTE

VOL. LXXV. PART I.  
1905.

CONTENTS.

THE  
JOURNAL  
OF THE  
ROYAL ANTHROPOLOGICAL INSTITUTE

VOL. LXXV. PART I.  
1905.

CONTENTS.

THE  
JOURNAL  
OF THE  
ROYAL ANTHROPOLOGICAL INSTITUTE

VOL. LXXV. PART I.  
1905.

CONTENTS.

# CANDIDIS.



**R**OST editos a nobis varii generis libros, ad institutum redimus proferendi Latinum aliquem Auctorem, cujus exempla in his regionibus perraro occurrant, ut propemodum evanuisse videantur. Damus igitur Poetam & Astrologum M. MANILIUM, cujus Carminum editiones paucissimæ sunt: quæ autem in terris Veneti Imperii procurata fuerit, unam tantum memorare possumus. Ea scilicet Aldo Manutio Romano seniori debetur; & ante annos CCL. cum Julii Firmici Mathesti, & aliis ejusdem argumenti Scriptoribus A. C. MCCCCXCII. forma, ut appellant, folii, Venetiis comparuit. Poetæ quidem  
\* 2 hujus

*hujus Carmina vix intelligi poterant : ex corruptis enim codicibus primum descripta fuerant, neque diligenter satis : deinde frequentes versuum trajectiones vel ab indoctis librariis, vel a Criticis audacioribus in vectæ rem obscuram & perplexam faciebant. Anno demum MDLXXIX. Josephus Scaliger, vir πολυμαθὴς αὐτῷ, MANILIUM curæ suæ emendatum edidit Lutetiae apud Mamertum Patissonium typographum regium, ex officina Roberti Stephani, in octava folii parte. Exemplum hujus editionis forte fortuna domi servabamus. id accurate contulimus cum luculenta MANILII ἰκδόσει, a viris doctis Michaelæ Fayo, & Petro Daniele Huetio, ad usum Serenissimi Galliae Delphini adornata: quos viros, ut ipsi profitentur, Josephi Scaligeri curæ triplices, aliorumque illustrium Criticorum in hunc Poetam labores non parum adjuverunt. Neque tamen illos inoffenso pede semper decurrere animadvertimus: im-*

mo



mo vero plura σφάλματα typographica, multas item metri labeſ, inter legendum, fuſtulimus. Operi nullos commentarios adjuungere viſum eſt: ut qui ſtudiorum compendiis delectantur, hunc quoque Scriptorem haberent ἱγχευδία forma procuſum, ceteriſque industria noſtra perpolitis addere poſſent. Rationibus quoque noſtris & ſtudioſorum adoleſcentium conſulere volumus: tempori ac ſumtui parcentes. Sed neque utiles futuri erant Commentarii hæcenus elaborati. MANILIO enim (quod cenſent callidi harum rerum exiſtimatores) manus quidem medicas docti homines admoverunt, ejus luxata plurima in locum reſtituerunt, lucem etiam obſcuris idemtidem attrulerunt; verum quæ apud ipſam potiora ſunt, & uberiores fructus fortaiſſe parerent ſi illuſtrarentur, omnino intacta reliquerunt. Argumentum ſane Maniliani operis leve ac nugatorium, noſtris præcipue moribus, cenſeri debet. Nimirum divinatio-

nem

nem illam barbaram e siderum positu  
 atque aspectu pollicetur, quam Christiano-  
 rum sapientes, ut impiam & super-  
 stitiosam, jure ac merito detestantur,  
 Astronomi horum temporum doctissimi,  
 ut anilem & ineptam, exhibitant. Quid  
 igitur prodest, in hac evolvenda & e-  
 nucleanda supervacaneam operam ponere?  
 Caput rei fuisset, reconditam excellentis  
 poetæ eruditionem, sententias graves, a-  
 cutas, vitæ conducibiles, loquendi modos  
 plane singulares notare, in iisque nova  
 luce perfundendis majore cum fructu im-  
 morari. Hæc seges demessa nondum est:  
 falcem expectat. Singulis nihilominus  
 Poetæ libris argumenta præposuimus: de  
 Vita MANILII atque opere diatribas o-  
 mittendas non esse duximus; quæ omnia  
 in editione ad usum Delphini legeban-  
 tur: Indice vero usi sumus quem Pa-  
 rissionius olim excuderat. Postremo Chri-  
 stophori Cellarii Elementa Astronomiæ,  
 veteribus auctoribus, præsertim poetis, in-  
 telli-

*reſtligendis accommodata, Davidem Gre-  
rium de Stellarum ortu & occaſu poe-  
tico, Julii Pontederæ, viri celeberrimi,  
Publici Botanice Doctôris in Gymnaſio  
Pataſvino, Epiſtolam de MANILII A-  
ſtronomia & anno cœleſti, ad calcem ſub-  
junximus: præterea quæ ad MANILIUM  
pertinentia collegit Joannes Albertus Fa-  
bricius in Bibliotheca Auctorum Latino-  
rum, ea quoque exhibuimus. Si quid-  
quam hac opella in veſtra commoda &  
ſtudia, Lectores candidi, a nobis colla-  
tum eſſe exiſtimatis, favete, ut ſoliti  
eſtis, & plaudite.*

# NOI RIFORMATORI dello Studio di Padova.

**A** VENDO veduto per la Fede di revisione, ed approvazione del P. Fra Paolo Antonio Ambrogio Inquisitore di Padova, nel Libro intitolato: *Marci Manilii Astronomicon, una cum Christophori Cellarii Rudimentis, Davide Gregorio de Stellarum Ortu &c. & Julii Pontederæ Epistola*, non esser cosa alcuna contra la Santa Fede Cattolica, e parimente, per attestato del Segretario Nostro, niente contra Principi, e buoni costumi; concediamo Licenza a *Giuseppe Comino*, Stampatore in Padova, che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dato li 10. Maggio 1743.

( Gio. Pietro Pasqualigo Rif.  
( Giovanni Querini Proc. Rif.  
(

Registrato a carte 6. num. 37.

*Michele Angelo Marini Segretario.*

D. E



# DEVITA MARCI MANILII.



ARCUS MANILIUS excellen-  
tis ingenii Poëta, nec Mathe-  
maticorum imperitus, quo anno  
natus sit, quisve fuerit, incer-  
tum est. Neque enim Ovidius,  
qui omnes æquales suos Poëtas  
recenset: neque ullus veterum,  
eorum saltem qui exstant, illius

meminerunt.

Petrus Crinitus, qui anno M. D. IV. singulo-  
rum Poëtarum vitas, facta, & opera singulis ca-  
pitibus prosecutus est, cum nihil certi de Manilio  
asserre posset, hoc tamen, quo justum caput adim-  
pleret, in illius laudem conscripsit:

*Marcus Mallius ex illustri familia natus creditur;  
iisdem temporibus in Urbe claruit quibus Divus Au-  
gustus Imperium Romanæ Urbis felicissime gubernavit.  
Neque dubitandum est fuisse illum tanto Principi gra-  
tissimum, propter egregiam disciplinarum cognitionem,  
& ingenii excellentiam. Fabius Quintilianus nullam  
mentionem de Poëta Mallio facit: quocirca mirantur*

a

qui-



quidam cur illum prætermiserit, præcipue cum de T. Lucretio, & Æmilio Macro iudicium fecerit. Studium suum atque industriam collocavit in Mathematicis artibus, tantumque in his profecit, ut maximas ingenii sui laudes tulerit. Scripsit libros quinque de Astronomicis, carmine hexametro, in quibus magna ex parte Hipparchum, Eudoxum, atque Aratum secutus traditur. Idem Mallius seipsum excusat parum sibi licere in suo carmine, propter difficultatem operis, omnia Latinis verbis exsequi: & in eo maxime laborare ut magis instruere ac docere videatur, quam delectare, quoniam

Ornari res ipsa negat contenta doceri.

Neque desunt qui existiment, Plinium de hoc ipso Mallio intellexisse, quo loco de Obeliscis differit. Is enim suo ingenio pilam auratam in Obelisci apice constituit, ex cujus umbra horarum momenta observarentur. Quam in re maximam commendationem accepit. De obitu illius nihil a nobis compertum est. Hactenus Crinitus.

Laurentius Bonincontrius testatur, præter Poggii codicem, vetustissimos quoque Manilii quinterniones ab Antonio Panormita sibi fuisse traditos, in quibus ad omne librorum initium talis hæc erat inscriptio: C. MANILII POETÆ ILLUSTRIS ASTRONOMICON incipit.

Quorum quinternionum auctoritate permotus ille, non veritus est affirmare, ab impressoribus male scriptum fuisse, M. Manilium, pro C. Manilio. Lilius Gyraldus Ferrariensis lib. de Poët. hist. dialog. 4. edition. Basil. an. M. D. LXXX. scripsit hæc de Manilio:

Per hæc tempora (Augusti) crediderim Marcum Manilium, qui & C. Manlius ab aliquibus dictus esse videtur, ab aliis vero M. Manlius, vel Manilius, Poëta, Astrologie scriptor, de quo non, nisi ex ipsius carmine,

ne, satis firma habeo argumenta. Sunt qui exflare dicant nomismata, quorum unum se habuisse ait Laurentius Miniatus, qui in ipsum auctorem commentaria reliquit; idem & Stephanus Dulcinus scribit. Alterum quoque nomisma simile se vidisse vir doctus ac probus, atque mihi longa junctus amicitia, Nicolaus Trapolinus dicere est solitus; in quibus nomismatibus ipsius effigies, habitu peregrino, cum Sphæra Astronomica conspicitur, cum hujusmodi inscriptione, C. MANLII. Quo argumento alienigenam illum & peregrinum facile existimare possumus. Sunt qui Antiochenum ex Plinii verbis faciant; ut minus illis credendum sit qui Romæ illum ex illustri familia natum arbitrantur. Ego potius in Manliam familiam adoptatum crediderim, quam natum, si conjectura standum. Plinius quidem lib. 35. Mantium Astrologie, ut ait, conditorem celebrat; & eum quidem Romam vectum eadem navî cum Plotio & Staberio Erote Grammatico. Idem quoque Plinius lib. 36. Mantium Mathematicum ait, cum de Augusti Obelisco, qui in campo Martio ad deprehendendas Solis umbras, dierum nocturnumque magnitudines, positus erat. Ex ipsius igitur Manlii principio Augusto Principe florente fuisse colligimus. Nolunt quippe alium intelligi eruditi, nisi Augustum his versibus lib. 1.

Nunc mihi tu, Cæsar, patriæ princepsque paterque,  
 Qui regis Augustis parentem legibus Orbem.  
 Concessumque patri Mundum Deus ipse mereris.

Item in fine lib. 4.

Ne dubites homini divinos credere visus,  
 Jam facit ipse Deos, mittitque ad sidera numen,  
 Majus & Augusto crescit sub principe cælum.

Mortuus vero videtur Manlius Augusto adhuc vivente: nam cum de Tiberio meminit, qui Rhodum navigavit, ait, lib. 4.

Es, Rhodos, hospitium recturi principis Orbem.

*Illuc enim vitandæ injuriæ causa profectus erat Tiberius, ut scribit Suetonius.*

*Imperfectum quoque opus suum reliquisse Manliam sunt qui putent, cum de septem Planetis nonnihil meminerit, & de his mox plane non est exsecutus. Latuit vero hoc ipsum C. Manlii opus per multa secula. Primus enim Poggius cum aliis libris, ut scitis, in Italiam attulit, Martini V. Pontif. maximi tempore. Antonius vero Panormita, vir, ut & tempora tulere, inprimis doctus, in Cassinenſi bibliotheca cum alterum reperisset vetustum, causa fuit ut castigatius & perfectius nonnihil illud haberemus, ut idem scribit Laurentius, qui & commentaria in illud edidit, quique de hoc Poëta multa vel commentus est ipse, vel inani certe ductus conjectura scripsit; cum eorum temporum Scriptores ejus ne minimam quidem mentionem fecerint, præter unum Plinium, si modo Manlius, cujus ipse meminit, is est Poëta quem nos nunc dicimus. Id quod ea ratione factum facile crediderim, ut non ejus meminerint, quod cum Mathematicus & peregrinus esset, & inquinatè, si non barbare, plerumque loqueretur, in apertum opus suum non dedit, veritus non satis se probatum iri, cum nec ejusmodi materia satis ornamenta capiat, ut ipse cecinit, lib. 3.*

*Ornari res ipsa negat contenta doceri. Utcunque ejus electio haud nobis multi facienda; non enim Poëta, nisi in paucis, ne dum bis vates, ut ipse de se cecinit.*

*Secutus Manlius dicitur Dorotheum Sidonium fide-  
ralis scientiæ Poëtam. Id quod & nostri Scriptores  
asserunt, Julius Firmicus Maternus lib. 2. tametsi in  
aliquibus exemplaribus Dorochius perperam scriptum  
inveniat, meminit & Pontanus. Scripsit autem a-  
potelesmata versibus disertissimis, ut ait idem Firmi-  
cus, quem certe Pontanus nostris diebus videtur, si*

*non*

non in ipsa astrorum peritia, in carminis maiestate post se reliquisse.

Vossius autem lib. de Poët. Latin. edition. Amstelod. an. M. DC. LIV. ita de Manilio loquitur:

*Manilius, sive, ut in variis est libris, Manlius, cujus Astronomicon habemus, extrema Augusti etate vixisse creditur. Sane meminit Variianæ cladis, quæ quinquennio contigit ante excessum Augusti. Antiquior igitur esse Augusto non possit. Verum si Ovidio fuerit equalis, mirum, ejus Ovidium ultima Ponticorum elegia non meminisse. Etsi non ignorem, ipsum dicere, quasdam a se præteriri. Præterea dictio videtur suadere potius vixisse senioris Theodosii temporibus. Imo clarissimo viro Gevartio videtur esse is Manlius Theodorus quem ab siderali scientia prædicat Claudianus in Panegyrico ad eum scripto. Vide eum Notis in Statii lib. 3. Silv. carm. 3. ubi & pluribus se argumentis id ostensurum in Electis pollicetur. Si ævi sit Augustei, eum sibi imitandum proposuerit Julius Firmicus, qui sub Constantino M. vixit. Sin Theodosiana vixerit etate, Manilius Firmicum carmine expresserit. Quæ opinio nobis placuit lib. 2. de arte gramm. cap. 26. Nunc in alteram magis sententiam propendeo. Legenti enim Manilium iterum iterumque Augusti temporibus videtur convenire.*

Verum non est jam cur de Marci Manilii nomine aut prænomine etiam varient auctores cum Bonincontro, cum Crinito, aut etiam cum L. Gyrardo, præcipue cum ex cæteris omnibus codicibus ac manuscriptis manifesto constet non C. Mallium, sed M. Manilium esse scribendum.

Addit autem L. Gyrardus cum Bonincontro, Manilium hunc nostrum non alium esse a Manilio Antiocho, quem Astronomiæ conditorem pedibus cretatis inter venalitia Romam nave devectum narrat Plinius. Cujus rei firmandæ, testem producit

Bonincontrius nummum argenteum, quem penes se fuisse ait, in quo impressa erat imago hominis peregrino habitu, Sphæra juxta caput ejus apposita cum his litteris, MANILI. Cui nummo similem alterum fuisse penes quemdam Nicolaum Trapolinum familiarem suum scribit Gyraldus.

At infirmum sane argumentum; quasi aut Antiochus gentile nomen potius sit, quam proprium, aut *hominem peregrino habitu* Antiochenum fuisse oportuerit. Accedit quod, quem Manilium Antiochum Astrologum Romam delatum scribit Plinius, is una cum Staberio Erote grammatico vestus sit; quem Staberium Sullanis temporibus, hoc est annis nonaginta quinque ante obitum Augusti, ludum aperuisse testatur Suetonius. Atqui, cum Manilius hic noster hoc Astronomicon scripserit post cladem Varianam, hoc est annis quinque ante mortem Augusti ( ut jam infra demonstrabitur ), cumque ad hoc opus absolvendum longævam ipse sibi optet vitam his verbis, lib. i.

----- *Faveat magno fortuna labori,*

*Annosa & molli contingat vita senectâ,*

*Ut possim rerum tantas emergere moles,*

oportuerit sane ut annos cxx. & amplius fuisset natus, cum manum huic operi admovit. Senex autem non est qui cupit fieri senex.

Fidem potius iis adhibuerim qui Manilium hunc nostrum non alium esse volunt ab eo quem Plinius scribit pilam Obelisco Augusti imposuisse. Quamvis enim non Poëtam, sed Mathematicum nominat, Manilius hic sane, quidquid abnuerint nonnulli, & Poëta illustris, & Mathematicus non ignobilis fuit.

Cum igitur alii Scriptores nihil certi de Manilio nobis prædicent, ex illius scriptis præstat repetere quidquid ipse de se non importune loquitur.

Na-



Natione autem Romanum fuisse ipse indicat hoc versu lib. 4.

*Speratum Hannibalem nostris cecidisse catenis.*

Romæ scripsisse hoc opus, etsi dicatio ipsa operis per se satis prodit, ipse tamen declarat hoc altero versu lib. 4.

*Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit Urbem.*

Tempus vero quo scripsit, manifestum faciunt hæc carmina lib. 1.

*Externas modo per gentes ut fœdere rupto*

*Cum fera ductorem rapuit Germania Varum,*

*Infecitque trium legionum sanguine campos.*

Ex iis enim constat hoc Astronomicon scriptum fuisse post cladem Varianam.

Huc accedit ipsa operis dicatio, quam Augusto factam, etiam me tacente, satis loquuntur hi versus lib. 1.

*Nunc mihi tu, Cæsar, patriæ princepsque, paterque,*

*Qui regis Augustis parentem legibus Orbem,*

*Concessumque patri Mundum Deus ipse mereris,*

*Das animum viresque facis ad tanta canendum.*

Augustus enim & Pater patriæ consalutatus est, & divinos honores, etiam dum viveret, consecutus est, quos post mortem tantum Julio Cæsari redditos Suetonius testatur; & revera Julii Cæsaris filius fuit, non quidem natura, sed iudicio & voluntate. Quod idem Poëta subinde repetit, ubi de secunda Philippica pugna agens ait, Augustum secutum esse vestigia Julii Cæsaris, atque in iisdem campis victorem exstitisse in quibus Julius victoriam prius retulerat: lib. 1.

*Perque patris Pater Augustus vestigia vicit.*

Denique saltem ille vixit ea ætate qua Augustus, ut hæc carmina aperte demonstrant, quibus Augusto viventi adulatur: lib. 1.

----- *Uno vincuntur in astro*

*Augusto, sidus nostro quod contigit Orbi,  
Cæsar nunc terris, post cælo maximus auctor.*

Facit etiam ad hujus firmandam fidem vel unus ille locus in quo de Rhodo insula mentionem faciens, felicem vocat illam, ex eo quod Tiberii post Augustum futuri Imperatoris sit hospitium: lib. 4.

*----- Felix terræque, marique*

*Es, Rhodos, hospitium recturi principis Orbem.*

Tiberius enim adhuc regnante Augusto Rhodum in insulam secessit, sive uxoris, ut ait Suetonius, sive Reipublicæ tædio affectus; ibique quasi in exilio remansit per annos octo, donec revocatus est omnium votis, utpote quem in unum, tanquam in Imperii & Augusti hæredem, ora, & oculi populorum converterentur. Hactenus de Manilio. Restat ut aliquid de illius opere Astronomico proloquamur.



DE

# DE ASTRONOMICO MANILII OPERE.

**A**STRONOMICON M. MANILII mutilum esse, nemo qui legerit illud, in dubium revocaverit. Quod & ipse L. Gyraldus testatur supra citatus; neque modo priorem hujusce operis partem, quam aggressus est, omnem omnino absolvit; neque posteriorem si scripsit, eam vidisse ullus testatur. Scilicet cum ea Manilius quæ a veteribus Græcis tradita fuerant de arte fiderali, Latinis versibus edere instituerit, illos, ut in cæteris rebus, sic in operis divisione imitatum fuisse verisimile est. Veteres autem Græci totum hoc Opus in duas partes partiti sunt, εἰς ἀμύνη ἡ συγκατακτὴν θεωρίαν, hoc est, in eam partem in qua signorum habitus ad se invicem, & eorundem suffragia tantum, absque stellarum errantium suffragiis, considerantur: & in illam in qua stellarum erraticarum decreta admiscuntur. Posteriorem quidem hanc partem exsecuturum se multoties in iis qui nobis restant, libris pollicetur: lib. 2.

----- *Stellæque ex ordine certo,  
Ut Natura finit, lustrant, variasque locorum  
Efficiunt vires: utcunque aliena capeffunt  
Regna, & in extremis subsidunt hospita castris.  
Hæc mihi sub certa Stellarum parte canentur.*

Item lib. 3.

*Templa quoque & partes cæli sua munera norunt,  
Et proprias tribuunt certo discrimine summas,  
Cum bene constiterit Stellarum conditus ordo.*

a s

Sed

*Sed mihi templorum tantum nunc jura canentur,  
Mox veniet mixtura suis cum viribus omnis.*

Verum hanc partem aut non absolvit, aut si scripsit, ad nos usque illa non pervenit. Conscripsisse autem non solum ipsi toties pollicenti credendum est: sed Firmico etiam fideli illius interpreti, qui decreta Planetarum profecutus est totidem capitibus, quot retulit apotelesmata Signorum ex ipsius Manilii verbis.

Quod autem spectat ad primam partem, eam sex libris complexam esse nemo non videt; quorum tamen quinque tantum supersunt, nec ii quidem omnes integri. Quintus enim liber truncus est in postremis sui partibus, in quo cæterorum clarorum siderum coortus ad Zodiaci Signorum ortum desideratur. Sextus vero liber de eorundem clarorum Siderum occasu ad Zodiaci Signorum occasum sane fuit, cum libri quinti initio rem istam æque polliceatur Manilius: lib. 5.

*Quæ mihi per proprias vires sunt cuncta canenda:*

*Quid valeans ortu, quid cum merguntur in undas.*

Igitur ad quinque superstites libros jam revertamur, de quibus ita bene loquuntur multi: sed imprimis Junius Biturigis monachus in Epistola ad D. Henr. Smetium.

*Manilius est styli gravitate, sermonis proprietate, & commoditate argumenti multis facile præferendus. Iterum ibid. Atque in illa poësi Maniliana, ut gratiam ejus taceam, id ego summo opere sum admiratus, quod mores hominum ea gravitate, dignitate, commoditate a Manilio expressi sunt, quam vix Orator & Poëta ullus adæquarent. Judicio meo, breviter, graviter, suaviterque omnia, ut ad usum institutionemque omnium commodissime.*

Lilius etiam Gyraldus, quamvis hoc Opus non videatur admodum laudare; non potuit tamen, quin

quin hoc carmen Manilianum disertissimum esse  
 prædicaverit. Scaliger autem, cui Manilianum hoc  
 Opus vix admodum olim probari visum est, cau-  
 sam improbandi carmen hoc tandem, non in Ma-  
 nilii imperitiam, sed in lectorum inscitiam meri-  
 to rejecit. Nihil enim, ( inquit in Præfat. Mani-  
 liana ad tertiam editionem, quam præparaverat )  
*nihil iniquius inscitia, præsertim pædagogica, & eo-  
 rum inprimis qui elementa Mathematica docent: qui,  
 cum olim nobis lectione Manilii interdixerint, quod  
 sibi solis Epoptis ad illa adyta penetrare fas putent,  
 vellem non illam priscam Astrologiam, quam ne in  
 somnis quidem viderunt, sed dictionem tantum Mani-  
 lii interpretarentur; argumentum operis dicerent; men-  
 tem Auctoris declararent, qui nihil magis in deliciis  
 habent, quam Latine nescire. Hoc enim Grammatico-  
 rum est. Sed bene est quod noster Manilius Gramma-  
 ticis istis, quos vocant, opus habuit. Nam certe ab  
 hujusmodi Astrologis nulla spes salutis affulgebat tam  
 male accepto Poëtæ, & ab innumeris mendis & tra-  
 jectione non solum unius, sed & plurimorum versuum:  
 quod tantam perturbationem toti operi attulerat, ut  
 antea ne quid vellet quidem Manilius, satis consta-  
 ret. Itaque ignoscendum si nemo scriptorem illum in-  
 telligebat, quem attingere menda non sinebant: boni  
 consulendum, si nemo attingebat, quem non intellige-  
 bat. . . . . Certe ejus ( Manilii ) liber primus ita  
 utilis adolescentibus futurus est, ut ad Sphærica Ele-  
 menta illis viam munire debeat.*

Unum superesset nobis præstandum, ut totius O-  
 peris brevem synopsis, hoc est conspectum hic da-  
 remus: verum quia cuique libro peculiare Argu-  
 mentum præfiximus, non est cur eadem ad nau-  
 seam fortasse repetamus.

JO. ALBERTI FABRICII  
BIBLIOTHECÆ LATINÆ  
CAPUT XVIII. LIB. I.  
DE M. MANILIO.

*Manilii ætas, & alii hoc nomine. 1. Editiones. 2. MSus Codex Lipsiensis. 3. Theodorus Manlius Claudiano celebratus, diversus a Manilio. 4.*

I. **M** (a) MANILIUS, gente Romanus, non diversus forte a Manlio Mathematico

(a) Sunt qui MSti auctoritate quod ab Antonio Panormita accepit Bonincontrius, nummorumque in quibus C. Manlii effigies habitu peregrino cum sphaera Astronomica cernitur, Manilium prænominem Cajum appellant, non Marcum. Sed vide Scal. sub initium notarum, & Barthium p. 112. ad Claudian. ubi observat, Marcum Manilium de Astrologia etiam appellari a Gerberto Epist. 130. Porro diversus est ab hoc Manilio T. Manilius senator, Syllanis temporibus, quem diligentissimum togatorum vocat Plinius lib. 10. c. 11. & laudat Cicero Orat. pro Roscio, Varro lib. 4. de lingua lat. Arnobius lib. 3. Vide Vossium p. 40. de Hist. latinis. Hic Marcus Manilius perperam dicitur a Glandorpio p. 567. Onomastici, a P. Victorio Mamilius. Confer Tho. Crenium in limine partis XII. animadversionum philolog. Eadem quoque Syllæ tempora Manlius Antiochenus attigisse videtur, quem Astrologiæ conditorem vocat, & cum Publio mimographo confobrino suo, & Staberio Erote Grammatico eadem navi vectum refert idem Plinius lib. 35. c. 17. quare & hic diversus a nostro Manilio, qui scripsit postremis annis  
Augu-

tico quem Plinius lib. 36. c. 10. ait auratam pilam apici obelisci addidisse in campo Martio ad deprehendas Solis umbras instituti ab Imp. Augusto. Scripsit Romæ post Variam cladem ad eundem Augustum Epico carminis genere *Astronomicon*, Poema eruditum & jucundum, pluribus (a) ut videtur libris, sed quorum quinque exstant tantum, neque quintus integer ad nos pervenit. \* Gerbertus sive Silvester II. Papa Epist. 130. *Nosti quanto stu-*

Augusti Imp. Licet Blancanus in Chronologia Mathematicorum utrumque confundens, nostrum vocat C. Manilium Antiochenum Astrologum, qui primus latinis carminibus quamvis Græcus Astronomica cecinerit. \* Manilium Antiochenum Plinio 35. 17. memoratum cum Manilio poeta confundit Ricciolus in Almagesto. Sed hic non minus ab eo diversus est quam T. Manilius Senator Syllanis temporibus Anno U. C. 656. P. Licinio & Cn. Cornelio Coss. quem diligentissimum togatorum vocat, & maximis nobilem doctrinis doctore nullo fuisse testatur idem Plinius X. 2. Hist. Andreas Schottus Manilium appellat indice scriptorum a Plinio laudatorum. Alius etiam Manilius Colinus in veteri marmore Patavino apud Ursatum lib. 1. sect. V. & Camillum Silvestrum p. 352. ad Juvenalem, a quo Manilia memoratur VI. 242. Fuit & Manilius Chrestus, quem de Deorum hymnis laudat Fulgentius in *inju-*  
*ges boves.*

(a) Scaliger ad librum V. pag. 348. notat periisse librum secundum sphaeræ Barbaricæ & suffragia Planetarum, h. e. librum sextum & septimum. Sane de occasu siderum & de planetarum viribus dicturum se plus simplici vice recepit. Eidem Scaligero in præf. Manilius est *Poeta ingeniosissimus, nitidissimus scriptor, qui obscuras res tam luculento sermone, materiam morosissimam tam jucundo characterē exornare potuerit, Ovidio suavitate par, majestate superior. Inprimis omnia ejus proemia & παραβόλαι extra-omnem aleam posita sunt. Nihil illis divinius, copiosius, gravius & jucundius dici potest. Audiamus itaque olorem.*

to studio librorum exemplaria undique conquiram, non si quot scriptores in urbibus aut in agris Italia passim habeantur. Age ergo & te solo conscio ex tuis sumtibus fac ut mihi scribantur M. Manilius de Astrologia, Victorinus de Rhetorica, & Demosthenes Ophthalmicus. Cum Gevartio ad Statii Silvas lib. 3. cap. 8. p. 186. aliisque Manilium perperam ad Theodosiana tempora retulit Vossius lib. 3. de Analogia f. 300. edit. novæ: qui tamen ipse rectius sentit alibi, ut lib. de poetis latinis, & de scientiis Mathematicis. Rectius etiam Tristanus, qui ad Augusti ætatem refert, Tom. 1. Imperator. pag. 71. seq. & 113. -- 119. Barthius ad Claudian. p. 112. seq. Crenius animadvers. parte 12. cap. 1. &c. Cornelium Severum Manilii imitatore fuisse notat Theodorus Gorallus sive Jo. Clericus ad Æt nam pag. 90. 91.

II. Primus Manilium circa An. 1416. reperit Poggius, (a) quo jam anno 1459. Florentiæ 30. Octobr. æt. 78. defuncto, lucem demum viderunt Manilii Astronomica Bononiæ A. 1474. fol. Deinde Laurentius Bonincontrius Miniatus commentarium etiam qualemcunque addidit Florent. 1484.

\* De Bonincontrii in Manilium commentario Scalliger

*gloriam canentem*. Alibi affirmat, Matheseos non valde consultum fuisse, quod de Arato quoque notatum est & Firmico. Fati Astrologici assertor strenuus fuit Manilius, ita ut etiam fato se existimarit impulsus ad hoc componendum poema: *Hoc quoque fatale est, sic ipsum expendere fatum*. IV. 118.

(a) Vide elegantissimum & eruditiss. Virum Jo. Baptistam Recanatum in Poggii Vita p. X. & Poggiana a viro itidem eruditissimo & humanissimo Jacobo Lenfant edita Gallice p. 22. nec non Michaelis Maittaire Annales typographicos pag. 108. qui p. 176. Manilium cum Bonincontrii commentariis scribit prodixisse Romæ 1484. fol.



liger ad lib. V. pag. 406. *Quibus Bonincontrius in Manilium potest satisfacere, illis ego numquam mirabor nostra displicere: quia ab illis neque confessionem ab ingenuitate, neque sensum literarum a genio eorum exigimus.* Ab eo tempore prodiit Manilius Norimb. ex officina Jo. de Regiomonte, sine anni nota in 4. & apud Aldum 1492. fol. quæ editio collata cum Codice Gemblacensi fuit in Bibl. Jo. Mori Episcopi Eliensis, & in Germania cum Firmico fol. Basil. 1551. tum Lugduni forma minore A. 1566. Quæ editio lucem vidit \* apud Jo. Tornæsum, ac debetur Antonio Molinio Matisconensi, qui ex antiquo Codice Manilium emendasse se proficitur. Postea una cum Josephi Scaligeri notis, qui primus præ ceteris insigniter de hoc Poeta meritus est, Paris. 1579. 8. & ap. Commelinum 1590. 8. cum variantibus Lectionibus, notatisque Francisci Junii, qui multa itidem præclare observavit, *quod cum Scaliger in suis ad Manilium dissimulavit, candorem in eo requiro*, inquit Vossius Epist. ad Grotium p. 24. \* Editio Commeliniana A. 1590. 8. collata cum MS. Collegii Corporis CHRISTI Oxon. fuit apud Clariss. Virum Jacobum Perizonium, qui eam legavit Bibl. Leidenf. Cum secundis Scaligeri curis Manilius iterum recusus Lugd. Bat. 1600. 4. cum iisdem Scaligeri notis ex auctoris MS. tertium auctis & emendatis, adjectisque etiam Thomæ Reinesii & Ismaelis Bullialdi ad quædam loca animadversionibus cura Jo. Henr. Bœcleri Argentorat. 1655. 4. Denique in usum Delphini cum paraphrasi & notis Mich. Fayi & Observationibus illustris viri Petri Danielis Huetii, adjectis imaginibus ære descriptis, omniumque vocabulorum indice, Paris. 1679. 4. Prodiit etiam hic scriptor ex officina Sebastiani Cramoissii, Typographi Regii Paris. ut ex ejus Catalogo p. 69. didici. Audio præ-

præterea exstare Sphæram Manilianam Anglico carmine redditam & observationibus illustratam a Nobilissimo viro Eduardo Sherburne. \* Non alio opere magis se jactavit magnus *Scaliger*, quam notis in Manilium, nec in alio sæpius est hallucinatus, judice Huetio, quem vide lib. V. commentariorum de rebus ad se pertinentibus pag. 291. Credas, notas illas a primo ætatis fervore extrusas, adeo scatent castigationum facilitate, ut monet Jo. Conradus Dietericus in vita Augusti Imp. p. 9. Trajectiones in Manilio & aliis scriptoribus antiquis, sine necessitate hariolantem perstringit *Salmasius* ad jus Aeticum pag. 408. qui sæpius etiam ab *Scaligeri* sententia in interpretando Manilio discessionem facit commentario ad Solinum & libro de annis climactericis. Non raro præterea *Scaligerum* reprehendit Huetius in suis ad Manilium notis pridem editis, quem novas etiam notas & varias lectiones Codici suo adscripsisse testantur Jesuitæ Parisienses in *Memoriis Trevoltinis* 1709. mense Augusto pag. 1426. Ex iisdem didici, Manilium laudato Huetio videri patria Carthaginiensem. *Scaligeri Manilium Rex Gallorum grate accepit*, inquit in Epistola quadam *Andreas Schottus*, & annuam pensionem bis mille francorum dedit. Bene res habet si solvitur &c. Commentarios in Manilium suos memorat Jo. *Crojus* *Observatt.* in Nov. Test. cap. 35. pag. 273. sed nec dum in lucem prodierunt, uti nec *Gevartiani*, de quibus vide *Colomesii* Opuscula pag. 101. nec quos ab præstantissimo *Bentlejo*, vel novissime a *Clariss. Ruggero Cotesio* jussi sumus expectare. Varias Lectiones ex Codice MS. Lipsiensis Paulinæ Bibliothecæ diligenter excerptas ad celeberrimum *Bentlejum* ante multos annos misit Nobiliss. Vir Jo. *Fridericus Fellerus*: Lectiones libri primi ipse servo adnotatas ad margines

gines editionis Argentoratensis. Capitum argumenta e MS. edidit Barthius X. 26. Adversar.

III. MStum Manilii antiquissimum membranaeum vidi Lipsiæ in Bibl. Paulina, ubique fere exhibens lectiones quas ex Gemblacensi codice passim laudat Scaliger, etsi illud oculis nunquam usurpavit, sed tantum usus est variis Lect. quas ex eo descriptas acceperat. Novam editionem Manilii meditatus pridem est apud Anglos vir doctissimus Rich. Bentley. Anglicæ Thomæ Creech Metaphrasi fata, tristia fata intercesserunt. Loca quædam hujus Poetæ feliciter castigavit Salmasius ad Solin. & de annis Climactericis, Is. Vossius ad Catullum: nonnulla etiam Gevartius in Electis, Barthius in Adversar. &c. Idem Salmasius affert versus quosdam ex apotelesmaticis *Dorothei Sidonii* Græci poetæ, quem in suis Astrologicis secutus esse fertur Manilius. Legisse etiam videtur & in quibusdam verbotenus pæne reddidisse *Manethonem*, de cujus Apotelesmaticis dixi lib. III. Bibl. Græcæ c. 20. Firmicus autem latinus scriptor non creditur Manilium oculis usurpasse, quod pluribus se argumentis docere posse ait Salmasius p. 587. de annis Climactericis, etsi Scaliger contendit multis in locis ipsissima eum verba Manilii exscripsisse. Vide inprimis notas ad librum Poetæ quintum p. 348. & Reinesii Epistolas ad Bosium p. 176. ubi non dubitat librum octavum Firmici e quinto Manilii esse compilatum, uti alii caput tertium libri primi Firmicum contendunt petiisse e Manilii præmio libri IV. Saltem non per omnia Manilium secutum, neque ubi eum secutus videri possit, in Manilii verba jurasse, probe observat Huetius in notis ad Manil. pag. 65. & 68. Et licet multos Græcos laudat Firmicus, inquit tamen excepto Figulo neminem se nosse ex latinis qui apotelesmatici-

smaticem litteris prodiderit. Multo minus autem Firmicum Manilius carmine expressit, quod Vossio Patri aliquando in mentem venit lib. 2. de arte Grammatica c. 26. quodque ipse retractat libro de Poetis latinis. Nam profecto falluntur qui Manilium Constantini M. ætate tradunt vixisse, ut ab eruditis nescio quibus fieri scribit Harduinus ad Plin. vel qui ad Theodosiana tempora referunt cum Casp. Gevartio ad Statii Silvas lib. 3. c. 8. p. 186. atque Jacobo Gothofredo notis ad veterem expositionem mundi p. 25. Paganinoque Gaudenzio in disp. Hetrusco sermone conscripta, qua Poetarum a Platone e rep. ejectorum causam agit.

IV. Ansa erroris doctissimis viris fuit, quod præunte Gevartio Manilium eundem esse conjicerent cum Manlio Theodoro, quem a siderali scientia celebrat Claudianus. At quæ Manlius iste de astris scripta reliquit, non carmine sed soluto sermone exarata sunt, ut ex ipsis Claudiani verbis licet colligere, qui in panegyrico Manlii v. 251, ipsius *sermonis mella politi* præfert blandis Orphei cantibus. Clarissime autem apparet ex Salmasii præfatione ad Ampelium, in qua de Manlii libro hæc habet: *Non dissimile genio quo Ampelius etsi dissimili argumento scriptus Theodori Manlii liber (a) de rerum natura causisque naturalibus, de astris & aliis ejusmodi, qui adhuc in Bibliothecis exstat manu exaratus & pedestri sermone compositus. Is est Theodorus Manlius, cujus consulatum (b) celebravit carmine Claudianus, ut & opus ipsum. Inde occasionem arripuit vir quidam doctissimus transcribere illud Manlii*

(a) Hujus libri editionem quondam molitus fuit vir doctus Phil. Jacobus Mauffacus.

(b) Bis consul fuit Manlius sive Mallius iste, A. C. 399 & 405. Priorem consulatum Claudianus celebrat.

*nilii, siue Manlius sit, cujus hodie Astronomicon habemus, ut idem sit Manlius ille Claudiano laudatus. Nos alibi pluribus pugnauimus rationibus & quidem inuictissimis, non posse, cum tot argumenta sint quibus probari possit eum Manilium uixisse sub Augusto. Hæc Salmasius dicta præfatione: quibus adde Huetium ad Manil. p. 84. seq. Ruperti Epistolas ad Reines. pag. 660. seq. & Albertum Rubenium in dissertatione de vita Fl. Manlii Theodori, quam a præstantissimo Bentlejo, qui illam a Nobiliss. Eduardo Sherburno curandam acceperat, transmissam Cl. Græuius non ita pridem Ultrajecti in lucem emisit p. 27. & Jo. Clericum V. C. T. 2. Bibl. selectæ p. 240. Idem Bentlejus in literis ad J. G. 4. Jul. 1692. Est apud nos Eduardus Sherburnus, eques auratus, qui librum primum Manilii Anglice vertit, & commentario doctissimo auxit. Is abhinc annis aliquot apparatus Casp. Gevartii ad Manilium ab ejus herede emit Antwerpæ, mihiq; non ita pridem, quem novam ejus scriptoris editionem parare inaudierat, schedas Gevartianas perlegendi copiam fecit. Comperi autem, Virum Clarissimum omnem operam in eo posuisse, non qui Manilii textum corrigeret, vel illustraret, sed qui infelicem suam ( mea quidem sententia ) conjecturam de Theodoro Mallio Cos. quem Astronomici auctorem esse voluit, adversus Barthios & Salmasios & Tristanos (a) & Possinos defenderet. Nihil tamen in medium profert, quod momenti habeat quicquam ad opinionem suam stabiliendam, præterquam quæ dudum in lucem ediderat in Papinianis & Variis Lectionibus. Itaque cum toties repetita crambe mihi fastidium moueret, mirifice tamen recreatus sum aureo-*

(a) Tristan. T. 1. Imperator. p. 113. 119.

*reolis duabus Epistolis, quæ in isto chartarum fascio latitabant, quæque celeberrimum Grævii nomen ferebant inscriptum. Illud vero me perculisse fateor, quod ad Gevartii (a) sententiam de etate Manilii videris accedere.*

(a) Alienum se a Gevartii sententia esse innuit Grævius in Epistola ad Bentlejum vitæ Manilii præmissa.



MAR-



M A R C I  
M A N I L I I  
ASTRONOMICON.  
LIBER PRIMUS.  
DE MUNDO ET CÆLO.

A R G U M E N T U M.



*UNC librum de Mundo & Cælo, seu de Sphæra Mundi inscripsit Poëta, ut pote qui totius Universi brevem, sed absolutam descriptionem complectatur. I. Namque Manilius, præmissa proæmio de Astronomiæ & Astrologiæ inventionem, deque hominum industria in variis artibus inveniendis, primam mundi originem, variasque de ea veterum Philosophorum opiniones commemorat. II. Cum hoc totum Universum sit perfecte rotundum, Terram quoque in ejus medio rotundam jacere demonstrat. III. Quia vero totam hanc Universi molem circa ejus Axem divina mens agit, cujus suprema superficies lucentibus stellarum flammis est adornata, sidera queque aggressus, primum duo-*  

A decim

decim Zodiaci signa: deinde cætera tam in Australibus, quam in Aquilonaribus Cæli partibus posita prosequitur. IV. Horum autem omnium non nomina sola, non solum numerum recenset: sed & singulorum imagines formasque depingit; & aliquas Astrothesie causas cujusque reddit, atque statos ortus occasusque, dispositis vicibus, immutabili lege semper peragi docet. V. Qua ex immutabili ortus occasusque siderum lege, postea concludit, brevi quadam digressione, nullum esse præsentis argumentum, non casu fortuito, sed Divina quadam æterna Ratione ac Providentia totum hoc Universum moveri. VI. Totius ejusdem Universi dimensionem quasi ætymologizans, brevem Sphæræ descriptionem subjicit; quinque prius Parallelos circulos, Æquatorem nempe, Tropicos duos, duosque Polares; Meridianum deinde, Horizontem, Zodiacum, & Galaxiam describit. VII. Cum autem animos Heroïum in Galaxiam, quam Græci vocant, Latini viam Lacteam, recipi vetustas omnis crediderit; hinc, quos præsertim Romana vetustas in hanc Cæli partem retulerat, illorum censum brevi serie carminum agit. VIII. Tandem præfatus pauca quedam de septem Planetis, qui Zodiacum hinc inde dispariliter pererrant, corollarium de Cometis, aliisque Meteoris subnectit, ut primam, quam Græci vocant Μετεωρολογίαν, Astronomiæ partem totam absolvat.





# MARCI MANILII ASTRONOMICON.

## LIBER PRIMUS.



ARMINE divinas artes, & conscia  
Fati

Sidera, diversos hominum varian-  
tia casus,  
Cælestis Rationis opus, deducere  
Mundo

Aggredior; primusque novis Heli-  
cona movere

Cantibus, & viridi nutantes vertice silvas, 5  
Hospita sacra ferens nulli memorata priorum.

Nunc mihi tu, Cæsar, patriæ princepsque paterque,  
Qui regis Augustis parentem legibus Orbem,  
Concessumque patri Mundum Deus ipse mereris,  
Das animum, virefque facis ad tanta canendum. 10

Jam propiusque favet Mundus scrutantibus ipsum,  
Et rapit æthereos per carmina pandere census.  
Hoc sub pace vacat tantum. Juvat ire per ipsum  
Aëra, & immenso spatiantem vivere Cælo:  
Signaque & adversos stellarum noscere cursus. 15

Quod solum novisse, parum est. Impensus ipsa  
Scire juvat magni penitus præcordia Mundi;  
Quæque tegat generetque suis animalia Signis  
Cernere, & in numerum, Phœbo modulante, referre.

Bina mihi positis lucent altaria flammis. 20  
Ad duo templa præcor duplici circumdatus æstu,  
Carminis & rerum: certa cum lege canentem  
Mundus & immenso vatem circumstrepit orbe;  
Vixque soluta suis immittit verba figuris.

Quem primum infernis licuit cognoscere terris 25

A 2

Mu-

Munera Cælestum? Quis enim condentibus illum;  
 Clepsisset furto Mundum, quo cuncta reguntur?  
 Quis foret humano conatus pectore tantum,  
 Invitis ut Diis cuperet Deus ipse videri?  
 Sublimes aperire vias, imumque sub Orbem, 30  
 Et per inane suis parentia legibus astra;  
 Nominaque & cursus signorum, pondera, vires?  
 Tu princeps, auctorque sacri, Cyllenie, tanti;  
 Per te jam Cælum in terris, jam sidera nota;  
 Major uti facies Mundi foret, & veneranda 35  
 Non species tantum: sed & ipsa potentia rerum;  
 Sentirentque Deum gentes, quam maximus esset,  
 Qui sua disposuit per tempora, cognita ut essent  
 Omnibus, & Cæli faciem, Cælumque supernum:  
 Naturæque dedit vires, se quæ ipsa reclusit, 40  
 Regales animos primum dignata movere,  
 Proxima tangentes rerum fastigia Cælo:  
 Qui domuere feras gentes Oriente sub ipso,  
 Quas fecat Euphrates; in quas & Nilus inundat,  
 Qua Mundus redit, & nigras superevolat urbes. 45  
 Tum qui templa sacris coluerunt omne per ævum,  
 Delectique sacerdotes in publica vota,  
 Officio junxere Deum; quibus ipsa potentis  
 Numinis accendit castam præsentia mentem;  
 Inque Deum Deus ipse tulit, patuitque ministris. 50  
 Hi tantum novere decus, primique per artem  
 Sideribus videre vagis pendentia Fata.  
 Singula nam proprio signarunt tempora casu,  
 Longa per assiduas complexi secula curas.  
 Nascendi quæ cuique dies, quæ vita fuisset: 55  
 In quas Fortunæ leges quæque hora valeret:  
 Quantaque quam parvi facerent discrimina motus.  
 Postquam omnis Cæli species redeuntibus astris  
 Percepta in proprias sedes, & reddita certis  
 Fatorum ordinibus sua cuique potentia forma, 60  
 Per varios usus: artem experientia fecit,

Exem-

Exemplo monstrante viam; speculataque longe,  
 Deprendit tacitis dominantia legibus astra,  
 Et totum æterna Mundum ratione moveri,  
 Fatorumque vices certis discurrere signis. 65

Nam rudis ante illos, nullo discrimine, vita  
 In speciem conversa, operum ratione carebat:  
 Et stupefacta novo pendebat lumine Mundi,  
 Tum velut amissis mœrens, tum læta renatis  
 Sideribus; variosque dies, incertaque noctis 70  
 Tempora, nec similes umbras, jam Sole regresso,  
 Jam propiore, suis poterat discernere caussis.

Necdum etiam doctas solertia fecerat artes:  
 Terraque sub rudibus cessabat vasta colonis:  
 Tuncque in desertis habitabat montibus aurum: 75  
 Immotusque novos Pontus subduxerat orbes:  
 Nec vitam pelago, nec ventis credere vela,  
 Audebant; sed quisque satis se nosse putabat.

Sed cum longa dies acuit mortalia corda,  
 Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemque 80  
 Advigilare sibi iussit Fortuna premendo;  
 Seducta in varias certarunt pectora curas:  
 Et quæcumque sagax tentando repperit usus,  
 In commune bonum commentum læta dedere.

Tunc & lingua suas accepit barbara leges: 85  
 Et fera diversis exercita frugibus arva:  
 Et vagus in cæcum penetravit navita Pontum;  
 Fecit & ignotis itiner commercia terris:  
 Tum belli pacisque artes commenta vetustas,  
 Semper enim ex aliis alias profeminat usus. 90

Nec vulgata canam. Volucrum prædiscere linguas:  
 Consultare fibras: & rumpere vocibus angues;  
 Sollicitare umbras; imumque Acheronta movere:  
 In noctemque dies, in lucem vertere noctes.  
 Omnia conando docilis solertia vicit. 95

Nec prius imposuit rebus finemque modumque,  
 Quam Cælum ascendit ratio, cepitque profundis

Naturam rerum caussis, viditque quod usquam est.  
 Nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore:  
 Hiberna æstivâ nix grandine mollior esset: 100  
 Arderent terræ: solidusque tremisceret Orbis:  
 Cur imbres ruerent: ventos quæ causa moveret,  
 Pervidit, solvitque animis miracula rerum;  
 Eripuitque Jovi fulmen, viresque tonandi,  
 Et sonitum ventis concessit, nubibus ignem. 105

Quæ postquam in proprias deduxit singula causas,  
 Vicinam ex alto Mundi cognoscere molem  
 Intendit, totumque animo comprehendere Cælum;  
 Attribuitque suas formas, sua nomina signis;  
 Quasque vices agerent certa sub lege notavit; 110  
 Omniaque ad numen Mundi faciemque moveri,  
 Sideribus vario mutantibus ordine fata.

Hoc mihi surgit opus, non ullis ante sacratum  
 Carminibus. Faveat magno Fortuna labori;  
 Annosa & molli contingat vita senectâ, 115  
 Ut possim rerum tantas emergere moles,  
 Magnaque cum parvis simili percurrere curâ.

Et quoniam Cælo carmen descendit ab alto,  
 Et venit in terras fatorum conditus ordo:  
 Ipsa mihi primum Naturæ forma canenda est, 120  
 Ponendusque sua totus sub imagine Mundus.

Quem sive ex nullis repetentem semina rebus  
 Natali quoque egere placet, semperque fuisse,  
 Et fore, principio pariter fatoque carentem.

Seu permixta Chaos rerum primordia quondam 125  
 Discrevit partu, mundumque enixa nitentem  
 Fugit in infernas caligo pulsa tenébras.

Sive individuis, in idem reditura soluta,  
 Principiis Natura manet, post secula mille;  
 Et pæne ex nihilo summum, nihilumque futurum; 130  
 Cæcaque materies Cælum perfecit & Orbem.

Sive ignis fabricavit opus, flammæque micantes,  
 Quæ Mundi fecere oculos, habitantque per omne  
 Cor.

Corpus, & in Cælo vibrantia fulmina fingunt.

Seu liquor hoc peperit, sine quo riget arida rerum 135  
Materies, ipsumque vorat, quo solvitur, ignem.

Aut neque Terra patrem novit, nec Flamma, nec Aër,  
Aut Humor; faciuntque Deum per quatuor artus;  
Et Mundi struxere globum; prohibentque requiri  
Ultra se quicquam, cum per se cuncta creentur, 140  
Frigida ne calidis desint, aut humida siccis,  
Spiritus aut solidis; sitque hæc discordia concors,  
Quæ nexus habiles, & opus generabile fingit,  
Atque omnis partus elementa capacia reddit.  
Semper erit genus in pugna, dubiumque manebit, 145  
Quod latet, & tantum super est hominemque Deumque.

Sed facies, quacumque tamen sub origine, rerum  
Convenit, & certo digestum est ordine corpus.  
Ignis in æthereas volucer se sustulit auras,  
Summaque complexus stellantis culmina Cæli, 150  
Flammarum vallo Naturæ mœnia fecit.

Proximus in tenues descendit spiritus auras,  
Aëraque extendit medium per inania Mundi.  
Ignem flatus alit vicinum subditus astris,

Tertia fors undas stravit fluctusque natantes, 155  
Æquora perfundit toto nascentia Ponto,  
Ut liquor exhalet tenues atque evomat auras;  
Aëraque ex ipso ducentem femina pascit.

Ultima subsedit glomerato pondere Tellus,  
Convenitque vagis limus commixtus arenis, 160  
Paulatim ad summum tenui fugiente liquore.

Quoque magis puras humor secessit in undas,  
Et siccata magis strinxerunt æquora terras,  
Adjacuitque cavis fluidum convallibus æquor,  
Emerfere fretis montes, Orbisque per undas 165  
Exsiliit, vasto clausus tamen undique Ponto.  
Imaque de cunctis mediam tenet undique sedem.  
Idcircoque manet stabilis, quia totus ab illa  
Tantundem refugit Mundus; fecitque cadendo

Undique, ne caderet. Medium totius & imum est. 173  
 Istaque contractis consistunt corpora plagis,  
 Et concurrento prohibent in longius ire.

Quod nisi librato penderet pondere Tellus,  
 Non ageret cursum Mundi, subeuntibus astris,  
 Phœbus ad Occasum, & nunquam remearet ad Ortum:  
 Lunave submersos regeret per inania cursus: 176  
 Nec matutinis fulgeret Lucifer horis,  
 Hesperus immerso dederat qui lumen Olympo.

Nunc quia non imo Tellus dejecta profundo,  
 Sed medio suspensa manet, sunt pervia cuncta, 180  
 Qua cadat & subeat Cælum, rursusque resurgat.

Nam neque fortuitos ortus surgentibus astris:  
 Nec toties possum nascentem credere Mundum:

Solisve assiduos partus, & fata diurna;  
 Cum facies eadem signis per secula constet: 185

Idem Phœbus eat Cæli de partibus iisdem:  
 Et Natura vias servet, quas fecerat ipsa:

Lunaque per totidem luces mutetur & orbes,  
 Nec tirocinio peccet; circumque feratur  
 Æterna cum luce dies, quod tempora monstret 190

Nunc his, nunc illis eadem regionibus Orbis  
 Semper; & ulterius vadentibus ortus ad ortum,  
 Occasumve obitus, Cælum & cum Sole perennet.

Nec vero tibi Natura admiranda videri  
 Pendentis Terræ debet, cum pendeat ipse 195  
 Mundus, & in nullo ponat vestigia fundo.

Quod patet ex ipso motu cursuque volantis.  
 Cum suspensus eat Phœbus, cursumque reflectat  
 Huc illuc, agiles & servet in æthere metas:  
 Cum Luna & stellæ volitent per inania Mundi; 200  
 Terra quoque aërias leges imitata pendit,

Est igitur Tellus mediam sortita cavernam  
 Aëris, & toto pariter sublata profundo.  
 Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem  
 Undique surgentem pariter, pariterque cadentem. 205

Hæc

Hæc est Naturæ facies: sic Mundus & ipse  
 In convexa volans teretes facit esse figuras  
 Stellarum; Solisque orbem, Lunæque rotundum  
 Aspicimus tumido quærentis corpore lumen,  
 Quod globus obliquos totus non accipit ignes. 210

Hæc æterna manet, Divisque simillima forma,  
 Cui neque principium est usquam, nec finis in ipso:  
 Sed similis toto remanet, perque omnia par est.

Sic stellis glomerata manet Mundoque figura.  
 Idcirco terris non omnibus omnia signa 215  
 Conspicimus. Nusquam invenies fulgere Canopum,  
 Donec Niliacas per pontum veneris oras.  
 Sed quærent Helicen, quibus ille supervenit ignis,  
 Qui laterum tractus habitant, mediæque tumores  
 Eripiunt Terræ Cælum, visusque coërcent. 220

Te testem dat, Luna, sui glomerabilis orbis,  
 Quæ cum mersa nigris per noctem deficis umbris,  
 Non omnes pariter confundi sidere gentes;  
 Sed prius Eoæ quærun't tua lumina gentes.  
 Post medio subiecta Polo quæcumque coluntur; 225  
 Ultima ad Hesperios infectis volveris alis,  
 Seraque in extremis quætiuntur gentibus æra.  
 Quod si plana foret Tellus, simul ista per omnes  
 Deficeret, pariter toto miserabilis orbe:  
 Sed quia per teretem deducta est Terra tumorem, 230  
 His modo, post illis apparet Delia terris,  
 Exoriens simul atque cadens quia fertur in orbem  
 Ventris, & acclivis pariter declivia jungit,  
 Atque alios superat gyros, aliosque relinquit.  
 Ex quo colligitur Terrarum forma rotunda. 235

Hanc circum variæ gentes hominum atque ferarum,  
 Aëriæque colunt volucres. Pars ejus ad Arctos  
 Eminent, Austrinis pars est habitabilis oris;  
 Sub pedibusque jacet nostris, supraque videtur.  
 Ipsa, sibi fallente solo declivia longa, 240  
 Et pariter surgente viâ, pariterque cadente.

Hanc

Hanc ubi ad occasus nostros Sol aspicit ortus,  
 Illic orta dies sopitas excitat urbes,  
 Et cum luce refert operum vadimonia terris:  
 Nos in nocte sumus, somnosque in membra locamus. 245  
 Pontus utrosque suis distinguit & alligat undis.

Hoc opus immensi constructum corpore Mundi,  
 Membraque Naturæ diversâ condita formâ  
 Aëris, atque Ignis, Terræ, Pelagique jacentis,  
 Vis animæ divina regit, sacroque meatu 250  
 Conspirat Deus, & tacita ratione gubernat;  
 Et multa in multas dispensat fœdera partes,  
 Altera ut alterius vires faciatque feratque,  
 Summaque per varias maneat cognata figuras.

Nunc tibi signorum lucentes undique flammæ 255  
 Ordinibus certis referam. Primumque canentur  
 Quæ media obliquo præcingunt ordine Mundum,  
 Solemque alternis vicibus per tempora portant.  
 Atque alia adverso luctantia sidera Mundo,  
 Omnia quæ possis Cælo variare sereno. 260  
 E quibus & ratio fatorum ducitur omnis.

Ut sit idem, Mundi primam qui continet arcem,  
 Aurato princeps Aries in vellere fulgens  
 Respicit admirans aversum surgere Taurum,  
 Summissoque vultu Geminos & fronte vocantem, 265  
 Quos sequitur Cancer: Cancrum Leo: Virgo Leonem.  
 Equato tum Libra die cum tempore noctis  
 Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro,  
 In cujus caudam contentum dirigit arcum  
 Mixtus equo, volucrum missurus jamque sagittam. 270  
 Tum venit angusto Capricornus sidere flexus.  
 Post hunc inflexam diffundit Aquarius urnam  
 Piscibus assuetas avide subeuntibus undas,  
 Quos Aries tangit claudentes ultima signa.  
 At, qui fulgentes Cælo consurgit ad Arctos, 275  
 ( Omnia quæ summo despectant sidera Mundo,  
 Nec norunt obitus, unoque in vertice tantum

In



In diversa sitæ Cælumque & sidera torquent, )  
 Aëra per gelidum tenuis deducitur Axis,  
 Libratumque gerit diverso cardine Mundum. 280  
 Sidereus circa medium quem volvitur orbis,  
 Ætereosque rotat cursus. Immotus at ille  
 In binas Arctos magni per inania Mundi,  
 Perque ipsum Terræ directus constitit orbem.  
 Nec vero e solido stat robur corporis ejus, 285  
 Nec grave pondus habet, quod onus ferat ætheris alti:  
 Sed cum aër omnis semper volvatur in orbem,  
 Quoque semel cœpit, totus volet undique in ipsum,  
 Quodcumque in medio est, circa quod cuncta moventur,  
 Usque adeo tenue est, ut verti non possit in ipsum, 290  
 Nec jam inclinari, nec se convertere in orbem.  
 Hoc dixere Axem, quia motum non habet ullum,  
 Ipse videt circa volitantia cuncta moveri.

Summa tenent ejus miseris notissima nautis  
 Signa, per immensum cupidos ducentia Pontum: 295  
 Majoremque Helice major decircinat arcum.  
 Septem illam stellæ certantes lumine signant,  
 Qua duce per fluctus Grajæ dant vela carinæ.  
 Angusto Cynosura brevis torquetur in orbe,  
 Tam spatio, quam luce minor. Sed judice vincit 300  
 Majorem Tyrio; Pœnis hæc certior auctor  
 Non apparentem pelago quærentibus Orbem.  
 Nec paribus positæ sunt frontibus. Utraque caudam  
 Vergit in alterius rostro, sequiturque sequentem.  
 Has interfusus, circumque amplexus utramque 305  
 Dividit, & cingit stellis ardentibus Anguis,  
 Ne coëant, abeantve suis a sedibus unquam.

Hunc inter, mediumque orbem, quo sidera septem  
 Per bis sena volant contra nitentia signa,  
 Mixta ex diversis consurgunt viribus astra, 310  
 Hinc vicina Poli, Cælique hinc proxima flammis,  
 Quæ quia dissimilis, qua pugnant, temperat aër,  
 Frugiferum sub se reddunt mortalibus Orbem.

Pro-

Proxima frigentes Arctos, Boreamque rigentem  
 Nixa venit species genibus, sibi conscia causæ. 315  
 A tergo nitet Arctophylax, idemque Bootes,  
 Quod similis junctis instat de more juvencis;  
 Arcturumque rapit medio sub pectore secum.

At parte ex alia claro volat orbe Corona,  
 Luce micans varia. Nam stellâ vincitur unâ 320  
 Circulus, in media radians quæ proxima fronte,  
 Candidaque ardenti distinguit lumina flamma;  
 Gnosia desertæ hæc fulgent monimenta puellæ.

Et Lyra diductis per Cælum cornibus inter  
 Sidera conspicitur, qua quondam ceperat Orpheus 325  
 Omne quod attigerat cantu, Manesque per ipsos  
 Fecit iter, domuitque infernas carmine leges.  
 Huic cælestis honos, similisque potentia causæ:  
 Tunc silvas & saxa trahens, nunc sidera ducit,  
 Et rapit immensum Mundi revolubilis orbem. 330

Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis  
 Dividit, & toto mergentem corpore corpus  
 Explicat, & nodos, sinuataque terga per orbes,  
 [ Respicit ille tamèn molli cervice reflexus ]  
 Et didit fufis per laxa volumina palmis. 335  
 Semper enim paribus bellum quia viribus æquant.

Proxima fors Cycni, quem Cælo Juppiter ipse  
 Imposuit, formæ pretium, qua cepit amantem,  
 Cum Deus in niveum descendit versus olorem,  
 Tergaque fidenti subjecit plumea Ledæ. 340  
 Nunc quoque diductas volitat stellatus in alas.

Hinc imitata nitent cursumque habitumque Sagittæ  
 Sidera. Tum magni Jovis ales fertur in altum  
 Assueto volitans, gestet ceu fulmina Mundi,  
 Digna Jove, & Cælo, quod sacris instruit armis. 345

Tunc quoque de Ponto surgit Delphinus ad astra,  
 Oceani Cælique decus, per utrumque sacratum.  
 Quem rapido conatus Equus comprehendere cursu  
 Festinat, pectus fulgenti sidere clarus,

Et

Et finitur in Andromeda, quam Perseus armis 350

Eripit, & sociat sibi. Cui succedit iniquo

Divisum spatio, cui tertia lampada dispar

Conspicitur paribus, Deloton nomine fidus,

Ex simili dictum. Cepheusque & Cassiopea

In poenas signata suas, juxtaque relictam 355

Andromedam vastos metuentem Piscis hiatus;

Expositam Ponto deflet, scopulisque relictam,

Ne veterem Perseus Cælo quoque servet amorem,

Auxilioque juvet, fugiendaque Gorgonis ora

Sustineat, spoliūque sibi, testemque videnti. 360

Tunc vicina ferens nixo vestigia Tauro

Heniochus, studio Mundumque & nomen adeptus,

Quem primum curru volitantem Juppiter alto

Quadrijugis conspexit equis, Cæloque sacravit.

Tum subeunt Hædi claudentes fidere Pontum 365

Nubibus; & Mundi nutrito rege Capella,

Cujus ab uberibus magnum ille ascendit Olympum,

Lacte fero crescens ad fulmina, vimque tonandi.

Hanc ergo æternis merito sacravit in astris

Juppiter, & Cæli Cælum mercede rependit. 370

Pleiades Hyadesque, feri pars utraque Tauri,

In Boream scandunt. Hæc sunt Aquilonia signa.

Aspice nunc infra Solis surgentia cursus,

Quæ super exustas labuntur sidera terras;

Quæque intra gelidum Capricorni sidus, & Axe 375

Imo subnixum vertuntur sidera Mundum.

Cernere vicinum Geminis licet Oriona,

In magnam Cæli tendentem brachia partem,

Nec minus extento surgentem ad sidera gressu.

Singula fulgentes humeros cui lumina signant, 380

Et tribus obliquis demissus ducitur ensis.

At caput Orion excelso immersus Olympo,

Per tria subducto signatur lumina vultu;

Non quod clara minus, sed quod magis illa recedant.

Hoc duce per totum decurrunt sidera Mundum. 385

Sub-

Subsequitur rapido contenta Canicula cursu,  
 Qua nullum terris violentius advenit astrum,  
 Nec gravius cedit. Non horrens frigore surgit,  
 Nec vacuum Solis fulgentem deserit orbem.  
 Sic in utrumque movet Mundum, & contraria reddit.  
 Hanc qui surgentem, primo cum redditur ortu, 391  
 Montis ab excelso speculantur vertice Tauri,  
 Eventus frugum varios, & tempora dicunt:  
 Quæque valetudo veniat: concordia quanta.  
 Bella facit, pacemque refert, varietque revertens, 395  
 Sic movet, ut vidit, Mundum, vultuque gubernat.  
 Magna fides hoc posse, color cursusque micantis  
 In radios. Vix Sole minor, nisi quod procul hærens  
 Frigida cæruleq̃ contorquet lumina vultu.  
 Cætera vincuntur specie; nec clarius astrum 400  
 Tingitur Oceano, Cælumve revisit ab undis.

Tum Procyon, veloxque Lepus. Tum nobilis Argo,  
 In Cælum subducta, mari quod prima cucurrit,  
 Emeritum magnis Mundum tenet acta procellis;  
 Servando Dea facta Deos. Cui proximus Anguis 405  
 Squammea dispositis imitatur lumina flammis.

Et Phœbo sacer Ales. Et una gratus Iaccho  
 Crater. Et duplici Centaurus imagine fulget,  
 Pars hominis, tergo pectus commissus equino.

Ipsi hinc mundi templum est, victrixque solutis  
 Ara nitet sacris, vastos cum terra Gigantes 411  
 In Cælum furibunda tulit. Tunc Dii quoque magnos  
 Quæsivere Deos. Dubitavit Juppiter ipse,  
 Quod poterat, non posse timens, cum surgere Terram,  
 Cerneret, & verti Naturam crederet omnem: 415  
 Montibus atque aliis aggestos crescere montes:  
 Et tam vicinos fugientia sidera colles,  
 Arma importantes, & rupta matre creatos.  
 Discordes vultu, permixtaque corpora, partus,  
 Hostiferum necdum sibi quemquam Numina norant,  
 Si qua forent majora suis. Tunc Juppiter Aræ 421  
 Sidera

Sidera constituit, quæ nunc quoque maxima fulgent.

Quam propter Cetus convolvens squammea terga  
Orbibus insurgit tortis, & fluctuat alvo,  
Intentans morsum, similis jam jamque tenenti. 425  
Qualis ad expositæ fatum Cepheidos undis  
Expulit adveniens ultra sua littora Pontum.

Tunc Notius piscis, venti de nomine dictus,  
Exsurgit de parte Noti; cui cuncta feruntur  
Flexa per ingentes stellarum flumina gyros. 430  
Alterius capiti conjungit Aquarius undas  
Amnis, & in medium coeunt, & sidera miscent.

His, inter Solisque vias, Arctosque latentes,  
Axem quæ Mundi stridentem pondere torquent,  
Orbe peregrino Cælum depingitur astris, 435  
Quæ Notia antiqui dixerunt sidera vates.

Altera pars Orbis sub aquis jacet invia nobis,  
Ignotæque hominum gentes, nec transita regna,  
Commune ex uno lumen ducentia Sole,  
Diversas umbras, lævaque cadentia signa, 440  
Et dextros ortus Cælo spectantia verso.  
Nec minor est illis Mundus, nec lumine peior,  
Nec numerosa minus nascuntur sidera in Orbe.  
Cætera non cedunt; uno vincuntur in astro  
Augusto, sidus nostrum quod contigit Orbi, 445  
Cæsar nunc Terris, post Cælo maximus auctor.

Ultima, quæ Mundo semper volvuntur in imo,  
Queis innexa manent Cæli fulgentia templa,  
Nusquam in conspectum redeuntia cardine verso,  
Sublimis speciem Mundi, similesque figuras, 450  
Astrorum referunt; & versas frontibus Arctos  
Uno distingui medias claudique Dracone  
Credimus exemplo, quia vis fulgentia visus  
Nunc orbem Cæli vertentis sidera cursu,  
Cardine tam simili fultum, quam vertice pingit. 455  
Hæc igitur magno divisas æthere sedes  
Signa tenent Mundi totum deducta per orbem.

Tu

Tu modo corporeis similes ne quære figuras,  
 Omniaque æquali fulgentia membra colore;  
 Deficiat nihil ut, vacuumque a lumine cesset. 460  
 Non poterit Mundus sufferre incendia tanta,  
 Omnia si plenis ardebunt sidera membris.  
 Quidquid subduxit flammis Natura, pepercit  
 Succubitura oneri: formas distinguere tantum  
 Contenta, & stellis ostendere sidera certis. 465  
 Linea designat species; atque ignibus ignes  
 Respondent, media extremis, atque ultima summis.  
 Credantur, satis est, si se non omnia celant.

Præcipue medio, cum Luna implebitur orbe,  
 Certa nitent Mundo cum Lunâ; conditur omne 470  
 Stellarum vulgus, fugiunt sine nomine Signa.  
 Plura liquet vacuo tum cedere sidera Cælo,  
 Nec fallunt numero, nec parvis mista feruntur.

Et quo clara magis possis cognoscere Signa,  
 Non varios obitus norunt, variosque recursus: 475  
 Certa sed in proprias oriuntur sidera luces,  
 Natalesque suos, occasumque ordine fervant.

Nec quicquam in tanta magis est mirabile mole,  
 Quam ratio, & certis quod legibus omnia parent.  
 Nusquam turba nocet, nihil ullis partibus errat, 480  
 Laxius aut levius, mutatoque ordine fertur.

Quid tam confusum specie? quid tam vice certum est?

Ac mihi tam præsens ratio non ulla videtur,  
 Qua pateat Mundum divino numine verti,  
 Atque ipsum esse Deum; nec sorte coisse magistra, 485  
 Ut voluit credi qui primus mœnia Mundi  
 Seminibus struxit minimis, inque illa reduxit,  
 Atque his & maria, & terras, & sidera Cæli,  
 Ætheraque immensos fabricantem finibus orbes,  
 Solventemque alios constare; & cuncta reverti 490  
 In sua principia, & rerum mutare figuras.

Quis credat tantas operum sine numine moles  
 Ex minimis, cæcoque creatum fœdere Mundum?

Si

Si Fors ista dedit nobis, Fors ipsa gubernat.  
 At cur dispositis vicibus consurgere Signa, 495  
 Et velut imperio præscriptos reddere cursus  
 Cernimus, ac nullis properantibus ulla relinqui?  
 Cur eadem æstivas exornant sidera noctes  
 Semper, & hibernas eadem? certamque figuram  
 Quisque dies reddit Mundo, certamque relinquit? 500  
 Jam tum cum Grajæ verterunt Pergama gentes  
 Arctos & Orion adversis frontibus ibant.  
 Hæc contenta suos in vertice flectere gyros:  
 Ille ex diverso vertentem surgere contra  
 Obvius, & toto semper decurrere Mundo. 505  
 Temporaque obscuræ noctis deprendere Signis  
 Jam poterant; Cælumque suas distinxerat horas.  
 Quot post excidium Trojæ sunt eruta regna?  
 Quot capti populi? quoties Fortuna per Orbem  
 Servitium, imperiumque tulit, varietque revertit? 510  
 Trojanos cineres in quantum oblita refovit  
 Imperium? Fatis Asiæ jam Græcia pressa est.  
 Secula dinumerare piget, quotiesque recurrens  
 Lustravit Mundum vario Sol igneus orbe.  
 Omnia mortali mutantur lege creata. 515  
 Nec sese agnoscunt terræ vertentibus annis  
 Exutas. Variant faciem per secula gentes.  
 At manet incolumis Mundus, suaque omnia servat,  
 Quæ nec longa dies auget, minuitque senectus.  
 Nec motus puncto currit, cursusque fatigat: 520  
 Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.  
 Non alium videre patres, aliumve nepotes  
 Aspicient. Deus est qui non mutatur in ævo.  
 Numquam transversas Solem decurrere ad Arctos;  
 Nec mutare vias, & in ortum vertere cursus, 525  
 Auroramque novis nascentem ostendere terris;  
 Nec Lunam certos excedere luminis orbes,  
 Sed servare modum, quo crescat, quove recedat;  
 Nec cadere in terram pendentia sidera Cælo,

B

Sed

Sed dimensa suis consumere tempora Signis. 530  
 Non casus opus est, magni sed Numinis ordo.

Hæc igitur texunt æquali sidera tractu  
 Ignibus, in varias Cælum laqueantia formas.

Altius his nihil est. Hæc sunt fastigia Mundi.  
 Publica Naturæ domus his contenta tenetur 535  
 Finibus, amplectens Pontum Terrasque jacentes.  
 Omnia concordī tractu veniuntque, caduntque,  
 Qua semel incubuit Cælum, versumquē refurgit.

Ipse autem quantum convexo Mundus Olympo  
 Obtineat spatium: quantis bis sena ferantur 540  
 Finibus astra, docet ratio, cui nulla resistunt  
 Clausura; nec immensæ moles, ceduntque recessus,  
 Omnia succumbunt, ipsum est penetrabile Cælum.  
 Nam quantum a terris atque æquore Signa recedunt,  
 Tantum bina patent: quantumque inciditur orbis 545  
 Per medium, pars efficiet tum tertia gyri,  
 Exiguo dirimens solidam discrimine summam.  
 Summum igitur Cælum bis bina refurgit ab imo,  
 Altera bis binis ut sit pars tertia Signis.  
 Sed quia per medium est Tellus suspensa profundum, 550  
 Binis a summo Signis discedit, & imo.

Hinc igitur quodcumque supra te suspicis ipse,  
 Qua per Inane meant oculi, quaque ire recusant,  
 Binis æquandum est Signis. Sex tanta rotundæ  
 Efficiunt orbem zonæ, qua Signa feruntur 555  
 Bis sex æquali spatio textentia Cælum.

Nec mirere vagos partus eadem esse per astra,  
 Et mixtum ingenti generis discrimine Fatum:  
 Singula cum tantum teneant, tantoque ferantur  
 Tempore sex totâ surgentia-sidera luce. 560

Restat ut æthereos fines tibi reddere coner;  
 Filasque dispositis vicibus comitantia Cælum,  
 Per quæ dirigitur Signorum flammeus ordo.

Circulus ad Boream fulgentem sustinet Arcton,  
 Sexque fugit solidas a Cæli vertice partes 565  
 Alter



Alter ad extremi decurrens sidera Cancri,  
 In quo consummat Phœbus lucemque, moramque,  
 Tardaque per longos circumfert lumina flexus;  
 Æstivum medio nomen sibi sumit ab æstu,  
 Temporis & titulo potitur, metâque volantis 570  
 Solis; & extremis distinguit fervidus ætus;  
 Et quinque in partes Aquilonis distat ab orbe.

Tertius in media Mundi regione locatus,  
 Ingenti spira totum præcingit Olympum,  
 Parte ab utraque videns Axem: quo limite Phœbus 575  
 Componit paribus numeris noctemque diemque,  
 Veris & Autumni currens per tempora mixta,  
 Cum medium æquali distinguit limite Cælum.  
 Quattuor & gradibus sua fila reducit ab æstu.

Proximus hunc ultra brumalis nomine cingens 580  
 Ultima designat fugientis limina Solis,  
 Inviaque; obliquâ radiorum munera flammâ  
 Dat per iter minimum nobis: sed finibus illis,  
 Quos superincubuit, longâ stant tempora luce,  
 Vixque dies transit candentem extensa per æstum. 585  
 Bisque jacet binis summotus partibus orbis.

Unus ab his superest, extremo proximus axi  
 Circulus, Austrinas qui stringit & obsidet Arctos.  
 Hic quoque brumalem per partes quinque relinquit;  
 Et quantum a nostro sublimis cardine gyros 590  
 Distat, ab adverso tantundem proximus illi.

Sic tibi per binas vertex a vertice partes  
 Divisus, duplici summa circumdat Olympum,  
 Et per quinque notat signantes tempora fines. 594

His eadem est via, quæ Mundo; pariterque rotantur  
 Inclines, sociosque ortus occasibus æquant;  
 Quandoquidem textu quo totus volvitur Orbis,  
 Fila trahunt, alti cursum comitantia Cæli:  
 Intervalla pari servantes limite semper,  
 Divisosque semel fines, sortemque dicatam. 600

Sunt duo, quos recipit ductos a vertice vertex,

B 2

Inter

Inter se adversi, qui cunctos ante relatos  
Seque secant, gemino coeuntes cardine Mundi,  
Transversoque Polo rectum ducuntur in axem,  
Tempora signantes anni, Cælumque per astra 605  
Quattuor in partes divisum mensibus æquis.

Alter ab excelso decurrens limes Olympo,  
Serpentis caudam, siccas & dividit Arctos,  
Et juga Chelarum medio volitantia Cælo. 609  
Extremamque secans Hydram, mediumque sub Austris  
Centaurum, adversus concurrat rursus in axe,  
Et redit in Cetum, squammosaque tergora Ceti,  
Lanigerique notat fines, clarumque Trigonum,  
Andromedæque sinus imos, fastigia matris,  
Principiumque suum repetito cardine claudit. 615

Alter in hunc medium, summumque incumbit in axem;  
Perque pedes primos, cervicem transit & Ursæ,  
Quam septem stellæ primam, jam Sole remoto,  
Producunt nigræ præbentem lumina nocti: 619  
Et Geminis Cancrum dirimit, stringitque flagrantem  
Ore Canem, clavumque Ratis quæ vicerat æquor.  
Inde axem occultum per gyri Signa prioris  
Transversa, atque illo rursus de limite tangit  
Te, Capricorne, tuisque Aquilam designat ab astris;  
Perque Lyram inversam currens, spirasque Draconis,  
Posteriora pedum Cynosuræ præterit astra, 626  
Transversamque secat vicino cardine caudam.

Hic iterum coit ipse sibi, memor unde profectus.  
Atque hæc æternam fixerunt tempora sedem,  
Immotis per Signa modis, statione perenni. 630

Hos volucres fecere duos. Namque alter ab ipsa  
Consurgens Helice, medium præcidit Olympum,  
Discernitque diem, sextamque examinat horam,  
Et paribus spatiis occasus cernit & ortus.

Hic mutans per Signa vices; seu si quis Eoos, 635  
Seu petit Hesperios, supra se circinat orbem  
Verticibus superastantem, mediumque secantem  
Cælum,

Cælum, & diviso signantem culmine Mundum;  
 Quando aliis aliud medium est, volat hora per Orbem,  
 Cumque loco Terræ Cælumque ac tempora mutat. 640  
 Atque ubi se primis attollit Phœbus ab undis,  
 Illis sexta manet quos tunc premit aureus orbis.  
 Rursus ad Hesperios sexta est, ubi cedit in umbras.  
 Nos primam ac summam sextam numeramus utramque,  
 Et gelidum extremo lumen sentimus ab igne. 645

Alterius fines si vis cognoscere gyri,  
 Circumfer faciles oculos, vultumque per Orbem,  
 Quidquid erit Cælique imum, Terræque supremum;  
 Qua cœt ipse sibi nullo discrimine Mundus,  
 Redditque, aut recipit fulgentia sidera Ponto, 650  
 Præcingit tenui transversum limite Mundum;  
 Hæc quoque per totum volitabit linea Cælum,  
 Nunc tantum ad medium vergens, mediumque repente  
 Orbem: nunc septem ad stellas: nunc mota sub astra.  
 Sed quocumque vagæ tulerint vestigia plantæ, 655  
 Has modo terrarum, nunc has gradientis ad oras,  
 Semper erit novus, & terris mutabitur arcus.  
 Quippe aliud Cælum ostendens, aliudque relinquens,  
 Dimidium tegit, atque refert, varioque norabit  
 Fine, & cum visu pariter sua fila moventem. 660  
 Hic terrestris erit, quia Terræ amplectitur Orbem,  
 Et medium plano præcingit limite gyros,  
 Atque a fine trahens titulum memoratur Horizon.

His adde obliquos diversaque fila trahentes  
 Inter se gyros: quorum fulgentia Signa 665  
 Alter habet, per quæ Phœbus moderatur habenas;  
 Subsequiturque suo Solem vaga Delia curru:  
 Et quinque adverso luctantia sidera Mundo  
 Exercent varias Naturæ lege choræas.  
 Hunc tenet a summo Cancer, Capricornus ab imo: 670  
 Bis recipit, lucem qui circulus æquat & umbras,  
 Lanigeri & Libræ Signo sua fila secantem.  
 Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis;

Rectaque devexo fallit vestigia clivo.  
 Nec visus aciemque fugit, tantumque notari 675  
 Mente potest, sicut cernuntur mente priores;  
 Sed nitet ingenti stellatus Baltheus orbe,  
 Insignemque facit cælato lumine Mundum:  
 Et ter vicenas partes patet atque trecentas  
 In longum: bis sex latefcit fascia partes, 680  
 Quæ cohibet vario labentia sidera cursu.

Alter in adversum positas succedit ad Arctos,  
 Et paulum a Boreæ gyro sua fila reducit,  
 Transitque inversæ per sidera Cassiopeæ.  
 Inde per obliquum descendens tangit Olorem: 685  
 Æstivosque secat fines, Aquilamque supinam:  
 Temporaque æquantem gyrum: Zonamque ferentem  
 Solis equos, intra caudam qua Scorpius ardet,  
 Extremamque Sagittari lævam, atque Sagittam.  
 Inde suos sinuat flexus per crura pedesque 690  
 Centauri alterius, rursusque ascendere Cælum  
 Incipit: Argivamque Ratem per aplustria summa,  
 Et medium Mundi gyrum, Geminosque per ima  
 Signa secans, subit Heniochum: teque, unde profectus,  
 Cassiopea, petens super ipsum Persea transit. 695  
 Orbemque ex illa cœptum concludit in-illa.  
 Tresque secat medios gyros, & Signa ferentem  
 Partibus e binis in quot præciditur ipse.

Nec quærendus erit, visus incurrit in ipsos  
 Sponte sua, seque ipse docet, cogitque notari. 700  
 Namque in cæruleo candens nitet orbita Mundo,  
 Ceu missura diem subito, Cælumque recludens.  
 Ac veluti virides discernit semita campos,  
 Quam terit assiduo renovans iter orbita tractu:  
 Inter divisas æquabilis est via partes. 705

Ut freta canescunt sulcum ducente carina,  
 Accipiuntque viam fluctus, spumantibus undis,  
 Quam tortus verso movit de gurgite vortex:  
 Candidus in nigro lucet sic limes Olympo,

Cæ-

Cæruleum findens ingenti lumine Mundum. 710

Utque suos arcus per nubila circinat Iris:  
Sic superincumbit signato culmine limes  
Candidus, & resupina facit mortalibus ora,  
Dum nova per cæcam vibrantur lumina noctem;  
Inquiruntque sacras humano pectore causas. 715

Num se diductis conetur solvere moles  
Segminibus, raraque labent compagine rimæ,  
Admittantque novum luxato tegmine lumen?  
Quid? quasi non timeant, magni cum vulnera Cæli  
Conspiciant, feriatque oculos injuria Mundi, 720  
An coëat Mundus, duplicisque extrema cavernæ  
Conveniant, Cælique oras & sidera jungant?  
Perque ipsos fiat nexus manifesta cicatrix,  
Fissuram faciens Mundi? stipatus & Orbis  
Aëriam in nebulam clara compagine versus, 725  
In cuneos alti cogat fundamina Cæli?

An melius manet illa fides per sæcula prisca,  
Illac Solis equos diversis cursibus isse;  
Atque aliam trivisse viam; longumque per ævum  
Exustas sedes, incoëtaque sidera flammis 730  
Cæruleam verso speciem mutasse colore,  
Infusumque loco cinerem, Mundumque sepultum?

Fama etiam antiquis ad nos descendit ab annis,  
Phæthontem patrio curru per Signa volantem,  
Dum nova miratur propius spectacula Mundi, 735  
Et puer in Cælo ludit, curruque superbus  
Luxuriat Mundo, cupit & majora parente,  
Monstratas liquisse vias, orbemque recentem  
Imposuisse Polo: nec Signa insueta tulisse  
Errantes nutu flammæ: currumque solutum, 740  
Deflexum solito cursu, curvisque quadrigis,  
Quod querimur, flammæ totum sævisse per Orbem,  
Terrarumque rogam cunctas arsisse per urbes,  
Cum vaga dispersi fluitarunt lumina currus,  
Et Cælum exustum est: luit ipse incendia Mundus, 745

Et nova vicinis flagrarunt sidera flammis,  
Nunc quoque præteriti faciem servantia casus.

Nec mihi celanda est famæ vulgata vetustas  
Mollior; e niveo lactis fluxisse liquorem  
Pectore Reginæ Divûm, Cælumque colore 750  
Infecisse suo. Quapropter Læteus orbis  
Dicitur, & nomen causa descendit, ab ipsa.

An major densâ stellarum turba coronâ  
Contextit flammæ, & crasso lumine candet,  
Et fulgore nitet collato clarior orbis? 755

An fortes animæ, dignataque nomina Cælo  
Corporibus resoluta suis, terræque remissa  
Huc migrant ex Orbe, suumque habitantia Cælum  
Æthereos vivunt annos, Mundoque fruuntur? 760

Atque hîc Æacidæ, hîc & veneramur Atridas,  
Tydidemque ferum; terræque marisque triumphis  
Naturæ victorem Ithacum; Pylîumque senectâ  
Insignem triplici; Danaûmque ad Pergamæ reges;  
Auroræque nigrum partum; stirpemque Tonantis 765  
Rectorem Lyciæ. Nec te, Mavortia virgo,  
Præteream; regesque alios, quos Græcia misit,  
Atque Asiæ gentes & Magni Maxima bello.  
Quique animi vires, & strictas pondere mentes  
Prudentes habuere viri, quibus omnis in ipsis 770  
Census erat; justusque Solon; fortisque Lycurgus;  
Æthereusque Plato. & qui fabricaverat illum,  
Damnatusque suas melius damnavit Athenas.  
Perfidis & victor strârat qui classibus æquor

Romanique viri, quorum jam maxima turba est; 775  
Tarquinioque minus reges, & Horatia proles;  
Tota acies partis: necnon & Scævola trunco  
Nobilior: majorque viris & Clælia virgo:

Et Romana gerens, quæ textit, mœnia Cocles:  
Et commilitio volucris Corvinus adeptus 780  
Et spolia, & nomen, qui gestat in alite Phœbum:  
Et Jove qui meruit Cælum, Romamque Camillus  
Ser-

Servando posuit: Brutusque a rege receptæ  
 Conditor; & Pyrrhi per bella Papyrius ultor:  
 Fabricius, Curiusque pares: & tertia palma 785  
 Marcellus: Cossusque prior de rege necato:  
 Certantesque Decî votis, similesque triumphis:  
 Invisusque morâ Fabius: victorque necati  
 Livius Hasdrubalis socio per bella Nerone:  
 Scipiadæque duces, fatum Carthaginis unum. 790  
 Pompejusque Orbis domitor, per tresque triumphos  
 Ante Deum princeps, & censu Tullius oris  
 Emeritus Cælum; & Claudia magna propago;  
 Æmilæque domus proceres; clarique Metelli;  
 Et Cato Fortunæ victor; matrisque sub armis 795  
 Miles Agrippa suæ; Venerisque ab origine proles  
 Julia descendit Cælo; Cælumque replevit,  
 Quod regit Augustus socio per Signa Tonante,  
 Cernit & in cœtu Divum, magnumque Quirinum.

Altius ætherei quam candet circulus orbis, 800  
 Illa Deûm sedes: hæc illi proxima Divûm,  
 Qui virtute suâ similes vestigia tangunt.

Ac prius incipiam stellis quam reddere vires,  
 Signorumque canam fatalia carmine jura,  
 Implenda est Mundi facies, corpusque per omne 805  
 Quidquid ubique nitet, (vigeat quandoque,) notandum est.

Sunt alia adverso pignantia sidera Mundo,  
 Quæ Cælum, terramque inter volitantia pendent,  
 Saturni, Jovis, & Martis, Solisque; sub illis  
 Mercurius Venerem inter agit, Lunamque locatus.

Sunt etiam raræ sortis natalis, euntes 810  
 Protinus, & raptim. Subitas candescere flammæ  
 Aëra per liquidum, tractosque perire Cometæ  
 Rara per ingentes viderunt sæcula motus.

Sive quod, ingenitum Terra spirante vaporem, 815  
 Humidior sicca superatur spiritus aura:  
 Nubila cum longo cessant depulsa sereno,  
 Et Solis radiis arefcit torridus aër,

Apta

Apta alimenta sibi demissus corripit ignis,  
 Materiamque sui deprendit flamma rapacem. 820  
 Et quia non solidum est corpus, sed rara vagantur  
 Principia aurarum, volucrique simillima fumo,  
 In breve vivit opus, cœptoque incendia fine  
 Subsistunt pariterque cadunt fulgente Cometa.  
 Quod nisi vicinos agerent occasibus ortus, 825  
 Et tam parva forent accensis tempora flammis,  
 Alter nocte dies esset, Cælumque rediret,  
 Immersum & somno totum deprenderet Orbem.

Tum quia non una specie dispergitur omnis  
 Aridior terræque vapor comprehenditur igne, 830  
 Diversas quoque per facies accensa feruntur  
 Lumina, quæ subitis existunt nata tenébris.

Nam modo ceu longi fluitent de vertice crines,  
 Flamma comas imitata volat, tenuisque capillus  
 Diffusos radiis ardentibus explicat ignes. 835  
 Nunc prior hæc species dispersis ignibus exit,  
 Et globus ardentis sequitur sub imagine barbæ.

Interdum æquali laterum compagine ductus  
 Quadratamve trabem fingit, teretemve columnam.

Quinetiam tumidis exæquat dolia flammis 840  
 Procero distenta utero; parvosque capillos  
 Mentitur, parvos ignis glomeratus in orbes.

Hirta figuratur tremulo sub lumine messis:  
 Lampadas & fissas ramosos fundit in ignes.  
 Præcipites stellæ passimque volare videntur, 845  
 Cum vaga per liquidum scintillant lumina Mundum:  
 Et tenués longis jaculantur crinibus ignes,  
 Exsiliuntque procul volucres imitata sagittas,  
 Arida cum gracili tenuatur semita filo.

Sunt autem cunctis permixti partibus ignes; 850  
 Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes;  
 Et penetrant terras; Ætnamque minantur Olympo;  
 Et calidas reddunt ipsis in fontibus undas;  
 Ac silice in dura, viridique in cortice sedem

In-



Inveniunt, cum silva sibi collisa crematur. 855  
 Ignibus usque adeo Natura est omnis abundans.

Ne mirere faces subitas erumpere Cælo;  
 Aëraque accensum flammis lucere coruscis,  
 Arida complexum spirantis semina terræ,  
 Quæ volucer pascens ignis sequiturque fugitque; 860  
 Fulgura cum videas tremulum vibrantia lumen  
 Imbribus in mediis; & Cælum fulmine ruptum.

Sive igitur ratio præbentis semina terræ,  
 Involvens ignes potuit generare Cometas:  
 Sive illas Natura faces ob juncta creavit 865  
 Sidera, per tenues Cælo lucentia flammæ:

Seu trahit ad semet rapido Titanius æstu,  
 Involvitque suo flammantes igne Cometas,  
 Ac modo demittit, sicut Cyllenius orbis,  
 Et Venus, accenso cum ducit vespere noctem, 870  
 Sæpe micant, falluntque oculos, rursusque revisunt:

Seu Deus instantis fati, miseratus in Orbem  
 Signa per affectus Cælique incendia mittit.  
 Numquam futilibus concanduit ignibus æther;  
 Squalidaque elusi deplorant arva coloni, 875  
 Et steriles inter sulcos defessus arator

Ad juga mœrentes cogit frustrata juvenços.  
 Aut gravibus morbis, & lentâ corpora tabe  
 Corripit exustis letalis flamma medullis,  
 Tabentesque rapit populos; totasque per urbes, 880  
 Publica succensis peraguntur fata sepulchris.

Qualis Erichtheos pestis populata colonos  
 Extulit antiquas per funera pacis Athenas,  
 Alter in alterius labens cum fata ruebat.  
 Nec locus artis erat medicæ, nec vota valebant: 885  
 Cesserat officium morbis, & funera deerant  
 Mortibus & lacrimæ. Fessus defecerat ignis,  
 Et coacervatis ardebant corpora membris.  
 Ac tanto quondam populo vix contigit hæres.

Talia significant lucentes sæpe Cometæ. 890

Fu-

Funera cum facibus veniunt, terrisque minantur  
 Ardentes sine fine rogos, cum Mundus, & ipsa  
 Ægrotet Natura novum sortita sepulchrum.

Quin & bella canunt ignes, subitōsque tumultus,  
 Et clandestinis surgentia fraudibus arma. 895

Externas modo per gentes ut fœdere rupto  
 Cum fera ductorem rapuit Germania Varum,  
 Infecitque trium legionum sanguine campos,  
 Arserunt toto passim minitanti Mundo  
 Lumina, & ipsa tulit bellum Natura per ignes, 900  
 Opposuitque suas vires, finemque minata est.

Nec mirere graves hominum rerumque ruinas,  
 Sæpe domi culpa est. Nescimus credere Cælo.

Civiles etiam motus, cognataque bella  
 Significant. Nec plura alias incendia Mundus 905  
 Sustinuit, quam cum ducibus jurata cruentis  
 Arma Philippæos implerunt agmine campos.

Vix etiam siccâ miles Romanus arenâ  
 Ossa virûm, lacerosque prius superastitit artus:  
 Imperiumque suis conflixit viribus ipsum, 910  
 Perque patris pater Augustus vestigia vicit.

Necdum finis erat, restabant Actia bella,  
 Dotali commissa acie, repetitaque rerum  
 Alea, & in ponto quæsitus rector Olympi,  
 Fœmineum sortita jugum cum pompa pependit, 915  
 Atque ipsa Isiaco certarunt fulmina sistro.

Restabant profugo servilia milite bella,  
 Cum patrios armis imitatus filius hostes  
 Æquora Pompejus cepit defensa parenti.

Sed satis hoc fatis fuerit. Jam bella quiescant, 920  
 Atque adamanteis Discordia cincta catenis  
 Æternos habeat frænos in carcere clausa.  
 Sit pater invictus patriæ, sit Roma sub illo:  
 Cumque Deum Cælo dederit, non quærat in Orbe.

MAR-




M A R C I  
M A N I L I I  
ASTRONOMICON.  
LIBER SECUNDUS.

A R G U M E N T U M.



*P*REFATUS pauca Manilius de variis Argumentis, quæ sibi alii ex aliis Poëtæ tractanda sumpserunt: novamque, & a nemine ante cantatam materiam aggressurum se professus, I. Sidera quæque in suum quodque genus, inque suas quasque varias species partitur; scilicet, in masculina & fœminina: in humana & ferina: in bina & biformia: in averfa & directa: in diurna & nocturna: in terrestria & aquosa, inque ambigua: in fœcunda & sterilia, inque communia: in currentia & stantia: inque denique fessa & jacentia. II. Varias eorundem siderum configurationes, quos Astrologi diversos aspectus vocant, eleganti admodum carmine instruit, docetque pariter quæ, quotve sint Trigona: quæ, quotve Quadrata: quæ, quotve Hexagona; & quæ cujusque

jusque generis dextra, sinistrave dicantur. III. Signat ea Signa quæ conjuncta, quæ disparia, quæve sunt opposita; necnon sub quibus Signis singula corporis humani membra sint in tutela. Notat etiam quæ Signa dicantur sese audientia; quæ sese videntia; quæ amicitia, & quæ inimica. IV. Contrarias & amicantes, ut ajunt, Signorum configurationes similiter adornat. Planetarum deinde varios aspectus ac terminos in Signis longo carmine prosequitur & notat. V. His omnibus animadversis, explicat duodecimâ, quæ Græci vocant *Dodecatemoria Signorum*, ac *Planetarum*. VI. Varias Cardinum ac locorum intermediorum rationes perquirat; effectusque ac dignitates singulorum distinguit & enumerat. VII. Denique duodecim celestium Domorum censum agit, ac earundem titularum & tutelarum: certisque Domibus suum quemque proprium Planetam adscribit.



MAR-

# MARCI MANILII

## ASTRONOMICON.

### LIBER SECUNDUS.



AXIMUS Iliacæ gentis certamina  
vates;

Et quinquaginta regum regemque  
patremque;

Hec̃toreamque facem; tutamque  
sub Hec̃tore Trojam;

Erroremque ducis totidem, quot  
vicerat, annis

Instantis bello, geminata per agmina ponto; 5

Ultimaque in patria, captisque penatibus arma,

Ore sacro cecinit, patria & cui jura petenti,

Dum dabat, eripuit: cujusque ex ore profusus

Omnis posteritas latices in carmina duxit,

Annemque in tenues ausa est deducere rivos 10

Unius fœcunda bonis. Sed proximus illi

Hesiodus memorat Divos, Divûmque parentes:

Et Chaos enixum terras: Orbemque sub illo

Infantem: primum titubantia sidera corpus:

Titanas juvisse senis cunabula magni: 15

Et sub fratre viri nomen, sine fratre, parentis:

Atque iterum patrio nascentem corpore Bacchum:

Omniaque immenso volitantia Numina Mundo.

Quinetiam ruris cultus, legesque rogavit,

Militiamque soli. Quos colles Bacchus amaret: 20

Quos fœcunda Ceres campos: quod Bacchus utrumque:

Atque arbuſta vagis essent quod adultera pomis:

Silvarumque Deos, sacrataque numina Nymphas:

Pacis opus, magnos Naturæ condit in usus.

Aſtrorum varias quidam dixere figuras, 25

Signa-

Signaque diffuso passim labentia Cælo,  
 In proprium cuiusque genus, causasque tulere:  
 Perleæ, & Andromedæ pœnas; matremque dolentem;  
 Solventemque patrem: raptamque Lycaone natam:  
 Officioque Jovis Cynosuram; lacte Capellam; 30  
 Et furto Cycnum; pietate ad sidera ductam  
 Erigonen; istuque Nepam; spolioque Leonem;  
 Et morfu Cancrum; Pisces Cythereide versâ;  
 Lanigerum victo ducentem sidera ponto.

Cæteraque ex variis pendentia casibus astra, 35  
 Æthera per summum voluerunt fixa revolvi.  
 Quorum carminibus nihil est nisi fabula Cælum,  
 Terraque composuit Cælum, quæ pendet ab illo.

Quinetiam pecorum ritus, & Pana sonantem  
 In calamos Sicala memorat tellure creatus: 40  
 Nec silvis silvestre canit: perque horrida motus  
 Rura serit dulces: Musamque inducit in auras.

Ecce alius pictas volucres; & bella ferarum:  
 Ille venenatos angues: hic nata per herbas  
 Fata refert, vitamque sua radice ferentes. 45

Quinetiam tenebris immersum in Tartara natum  
 In lucem de nocte vocant, Orbemque revolvunt  
 Interius versum, Naturæ fœdere rupto.

Omne genus rerum doctæ cecinere sorores:  
 Omnis ad accessus Heliconis semita trita est; 50  
 Et jam confusi manant de fontibus amnes,  
 Nec capiunt haustum, turbamque ad nota ruentem.

Integra quæramus rorantes prata per herbas,  
 Undamque occultis meditantem murmur in antris,  
 Quam neque durato gustarint ore volucres, 55  
 Ipse nec æthereo Phœbus libaverit igne.  
 Nostra loquar. Nulli Vatum debemus orsa.  
 Nec furtum, sed opus veniet, soloque volamus  
 In Cælum curru: priva rate pellimus undas.

Namque canam tacitâ Naturæ mente potentem, 60  
 Infusumque Deum Cælo, terrisque, fretoque,  
 Ingen-

Ingentem æquali moderantem fœdere mollem;  
 Totumque alterno consensu vivere Mundum,  
 Et rationis agi motu, cum spiritus unus  
 Per cunctas habitet partes, atque irriget Orbem 65  
 Omnia pervolitans, corpusque animale figuret.

Quod nisi cognatis membris contexta maneret  
 Machina & imposito pareret tota magistro,  
 Ac tantum Mundi regeret prudentia censum:  
 Non esset statio terris; non ambitus astris; 70  
 Hæreretque vagus Mundus, standoque rigeret;  
 Nec sua dispositos servarent sidera cursus;  
 Noxque alterna diem fugeret, rursusque fugaret;  
 Non imbres alerent terras; non æthera venti;  
 Non pontus gravidas nubes; nec flumina pontum; 75  
 Nec pelagus fontes; nec stare Summa per omnes  
 Par semper partes æquo digesta parente,  
 Ut neque deficerent undæ, nec sidera nobis:  
 Nec Cælum iusto majusve minusve volaret.

Motus alit, non mutat, opus. Sic omnia toto 80  
 Dispensata manent Mundo, dominumque sequuntur.

Hic igitur Deus & Ratio, quæ cuncta gubernat,  
 Ducit ab æthereis, terrena animalia Signis,  
 Quæ cogit, quanquam longo summotâ recessu,  
 Sentiri tamen, ut vitamque ac fata ministrent 85  
 Gentibus, ac proprios per singula corpora mores.

Nec minus est quærenda fides. Sic temperat arva  
 Cælum: sic varias fruges redditque rapitque:  
 Sic pontum movet, & terris immittit & aufert.

Atqui hæc seditio Pelagi nunc fidere Lunæ 90  
 Mota tumet, nunc diverso stimulatâ recessu:  
 Nunc anni spatio Phœbum comitata volantem.

Sic submersa fretis, concharum & carcere clausa  
 Ad Lunæ motum variant animalia corpus:  
 Et cum damna tuas imitantur, Delia, vires, 95  
 Tu quoque fraternis reddis sic oribus ora,  
 Atque iterum ex iisdem repetis; quantumque reliquit,

C

Aut

Aut dedit ille, refers; & sidus fidere constat.  
 Denique sic pecudes & muta animalia terris,  
 Cum mancant ignara sui, legisque per ævum, 100  
 Natura tamen ad Mundum revocante parentem,  
 Attollunt animos, Cælumque ac sidera servant;  
 Corporaque ad Lunæ nascentis cornua lustrant:  
 Venturasque vident hiemes, reditura serena.

Quis dubitet post hæc hominem conjungere Cælo,  
 Cui eximiam Natura dedit linguamque, capaxque 106  
 Ingenium, volucremque animum, quem denique in unum  
 Descendit Deus atque habitat seque ipse requirit?

Mitto alias artes, quarum est permissa facultas,  
 Infidas adeo, nec nostri munera censis, 110

Mitto, quod æquali nihil est sub lege tributum:  
 Mitto, quod & certum est & inevitabile Fatum:  
 Materizque datum est cogi, sed cogere Mundo.  
 Quo patet Auctoris Summam, non corporis esse.

Quis Cælum possit, nisi Cæli munera nôset, 115  
 Et reperire Deum, nisi qui pars ipse Deorum est?

Atque hanc convexi molem sine fine parentis;  
 Signorumque Choros: ac Mundi flammæ tecta:  
 Æternum ac stellis adversus sidera bellum:

Ac terras Cæloque fretum, subjectaque utrisque 120  
 Cernere, & angusto sub pectore claudere possit,

Ni tantos animis oculos Natura dedisset,  
 Cognatamque sibi mentem vertisset ad ipsam;

Et tantum distasset opus; Cæloque veniret  
 Quod vocat in Cælum, sacra ad commercia rerum, 125

Et primas quas dant leges nascentibus astra?

Quis neget esse nefas invitum prendere Mundum,

Et velut in semet captum deducere in orbem?  
 Sed ne circuitu longo manifesta probentur,  
 Ipsa fides operi faciet pondusque fidemque. 130

Nam neque desipitur ratio, nec decipit unquam.  
 Rite sequenda via est a veris credita caussis,  
 Eventusque datus qualis prædicitur ante.

Quod



Quod Fortuna ratum faciat, quis dicere falsum  
Audeat, & tantæ suffragia vincere Sortis?

135

Hæc ego divino cupiam cum ad sidera flatu  
Ferre, nec turbam, nec turbæ carmina dicam:  
Sed solus vacuo veluti vectatus in orbe,  
Verbere agam currus, non occurrentibus ullis;  
Nec per iter socios commune gerentibus actus:  
Sed Cælo noscenda canam, mirantibus astris,  
Et gaudente sui Mundo per carmina vatis:  
Vel quibus illa sacros non invidere meatus,  
Notitiamque sui ( minima est quæ turba per Orbem, )  
Illa fluit, quæ divitias; quæ diligit aurum,  
Imperia & fasces, mollemque per otia luxum,  
Et blandis diversa sonis, dulcemque per aures  
Affectum, at modico noscenda ad Fata labore.  
Hoc quoque Fatorum est legem prædiscere Fati.

140

145

At primum astrorum varia est natura notanda  
Carminibus per utrumque genus; nam mascula sunt sex:  
Diversi totidem generis sub principe Tauro  
Alternant genus, & vicibus variantur in orbem.

150

Humanas etiam species in parte videbis:  
Nec mores distant. Pecudum pars atque ferarum  
Ingenium facient. Quin jam signanda sagaci  
Singula sunt animo, propria quæ sorte feruntur.

155

Nunc binis insiste: dabunt geminata potentes  
Per socium effectus. Multum comes addit & aufert;  
Ambiguisque valent, quæis sunt collegia, Fatis  
Ad meritum noxamque. Duos per sidera Pisces,  
Et totidem Geminos nudatis aspice membris;  
His conjuncta manent alterno brachia nexu.  
Dissimile est illis iter in contraria versis.

160

Par numerus: sed enim dispar natura notanda est.  
Atque hæc ex paribus toto gaudentia censu  
Signa manent, nihil exterius mirantur in ipsis,  
Amissumve dolent; quædam quod parte recisa,  
Atque ex diverso commissis corpore membris,

165

C 2

Ut

Ut Capricornus, & hic qui tentum dirigit arcum 170  
 Junctus equo: pars huic hominis, sed nulla priori.  
 Hoc quoque servandum est alta discrimen in arte;  
 Distat enim geminâ duo sint, duplâve figurâ.

Quinetiam Erigone binis numeratur in astris,  
 Nec facie ratio duplex. Nam desinit Æstas: 175  
 Incipit Autumnus media sub Virgine utrimque.

Idcirco Tropicis præcedunt omnibus astra  
 Bina, ut Lanigero, Chelis, Cancroque, Caproque,  
 Quod duplices retinent connexo tempore vires.  
 Ut quod subsequitur Cancer per sidera Fratres, 180  
 Ex Geminis alter florentia tempora Veris.  
 Sufficit: Æstatem subeuntem provehit alter.  
 Nudus uterque tamen, sentit quia uterque calorem:  
 Ille senescentis Veris: subeuntis at ille  
 Æstatis pars est, primæ fors ultima partis. 185

Necnon Arcitenens, qui te, Capricorne, sub ipso  
 Præmittit, duplici formatus imagine fertur.  
 Mitior Autumnus molles sibi vendicat artus  
 Materiamque hominis: fera tergo membra rigentem  
 Excipiunt Hiemem, mittuntque in tempora Signum. 190  
 Quosque Aries præ se mittit duo, tempora Pisces  
 Bina ferunt: Hiemem claudit, Ver inchoat alter.  
 Cum Sol æquoreis revolans decurrit in astris  
 Hiberni coeunt cum vernis roribus imbres.  
 Utraque fors humoris habet fluitantia Signa. 195

Quin tria Signa novem Signis conjuncta repugnant,  
 Et quasi seditio Cælum tenet. Aspice Taurum,  
 Cernis ut averfus redeundo surgat in arcum  
 Clunibus? & Geminos pedibus, testudine Cancrum  
 Surgere; cum rectis oriantur cætera membris? 200  
 Nec mirere moras, cum Sol adversa per astra  
 Æstivum tardis attollat mensibus annum.

Nec te prætereat, nocturna diurnaue Signa  
 Quæ sint, perspicere, & propria deducere lege,  
 Non tenebris aut luce suam peragentia sortem, 205  
 Nam

( Nam commune foret nullo discrimine nomen,  
Omnia quod certis vicibus per tempora fulgent,  
Et nunc illa dies, nunc noctes illa sequuntur: )

Sed quibus illa parens Mundi Natura sacratas  
Temporis attribuit partes statione perenni. 210

Namque Sagittari Signum, rabidique Leonis,  
Et sua respiciens aurato vellere terga,  
Nunc Pisces, nunc Cancer, & acri Scorpion ictu,  
Aut vicina loco, divisa aut partibus æquis,  
Omnia dicuntur simili sub sorte diurna. 215

Cætera sex numero, consortia vel vice sedis,  
Interjecta locis totidem, nocturna feruntur.

Quinetiam sex continuis dixere diurnas  
Castris esse vices, quæ sunt a principe Signo  
Lanigeri: sex a Librâ nocturna videri. 220

Sunt quibus esse diurna placet, quæ mascula surgunt:  
Fœminea in noctem tutis gaudere ténébris.

Quin nonnulla sibi, nullo monstrante, loquuntur  
Neptuno debere genus, scopulosus ut undis  
Cancer, & effuso gaudentes æquore Pisces. 225

Ut quæ terrenâ censentur sidera sorte,  
Princeps armenti Taurus, regnoque superbus  
Lanigeri gregis est Aries; positusque duorum;  
Prædatorque Leo; dumosis Scorpius arvis.

Sunt etiam mediæ legis communia Signa, 230  
Humida terrenis æquali fidere mixta:

Ambiguus terræ Capricornus & æquoris undis,  
Parsque mari innitens fundentis semper Aquarii.

Non licet a minimis animum deflectere rebus:  
Nec quicquam rationis eget, frustrave creatum. 235

Fœcundum est proprie Cancri genus: acer & ictu  
Scorpius; & partu complentes æquora Pisces.

Sed sterilis Virgo est simili conjuncta Leoni:

Nec capit, aut captos effundit Aquarius ortus.

Inter utrumque manet Capricornus corpore mixto; 240

Et qui contento fulget Centaurus in arcu;

Communisque Aries æquantem tempora Libram,  
Et Geminos Taurumque pari sub sorte recenset.

Nec tu nulla putes in eo commenta vocasse  
Naturam rerum, quod sunt currentia quædam, 245  
Ut Leo & Arcitenens, Ariesque in cornua tortus.  
Aut quæ recta suis librantur stantia membris,  
Ut Virgo & Gemini, fundens & Aquarius undas.  
Vel quæ fessa sedent pigras referentia mentes;  
Taurus depositis collo sopitus aratris: 250

Libra sub emerito confidens orbe laborum:  
Tuque tuo, Capricorne, gelu contractus in astris:  
Contra jacens Cancer patulam distentus in alvum:  
Scorpius incumbens plano sub corpore terræ:  
In latus obliqui Pisces, semperque jacentes. 255

Quod si solerti circumspicis omnia cura,  
Fraudata invenies amissis sidera membris:  
Scorpius in Libra consumit brachia: Taurus  
Succidit in curvo claudus pede: lumina Cancro  
Desunt: Centauro superest & quæritur unum. 260

Sic nostros casus solatur Mundus in astris,  
Exemploque docet patienter damna subire,  
Omnis cum Cælo Fortunæ pendeat ordo,  
Ipsaque debilibus formentur sidera membris.

Temporibus quoque sunt propriis pollentia Signa:  
Æstas a Geminis: Autumnus Virgine surgit: 266  
Bruma Sagittifero: Ver Piscibus incipit esse.  
Quattuor in partes scribuntur sidera terna:  
Hiberna æstivis, autumnis verna repugnant.

Nec satis est proprias Signorum noscere formas. 270  
Consensu quoque Fata movent, & fœdere gaudent;  
Atque aliis alia succedunt sorte locoque.  
Circulus ut dextro Signorum clauditur orbe;  
In tres æquales discurrit linea ductus,  
Inque vicem extremis jungit se finibus ipsa: 275  
Et quæcumque ferit, dicuntur Signa Trigona,  
In tria partitus quod ter cadit angulus astra,

Quæ

Quæ divisa manent ternis distantia Signis.  
 Laniger ut paribus spatiis duo Signa, Leonis,  
 Atque Sagittari, diverso conspicit ortu: 280  
 Virginis & Tauri Capricorno consonat astrum.  
 Cætera sunt simili ratione triangula Signa  
 Per totidem sortes, quæ defunt, condita Mundo.  
 Sed discrimen erit Dextris seu caussa: Sinistra,  
 Quæ subeunt: quæ præcedunt, Dextra esse feruntur. 285  
 Dexter erit Tauro Capricornus: Virgo, Sinistra.  
 Hoc satis exemplo est. Sic quæ divisa quaternis  
 Partibus, æquali laterum sunt condita ductu,  
 Quorum designat normalis virgula sedes,  
 Dextra ferunt. Libram Capricornus spectat: & illum  
 Conspicit hinc Aries: atque ipsum partibus æquis 291  
 Cancer: & hunc læva subeuntis sidera Libræ.  
 Semper enim dextris censentur Signa priora.  
 Sic licet in totidem partes deducere cuncta;  
 Ternaque bis senis quadrate fingere Signis, 295  
 Quorum proposito redduntur in ordine vires.  
 Sed si quis contentus erit numerasse quadrata,  
 Divisum ut Signis Mundum putet esse quaternis:  
 Aut tria sub quinis Signis ornare Trigonum,  
 Ut socias vires & amicos exigit ortus, 300.  
 Fœderaque inveniat Mundi cognata per astra,  
 Falsus erit. Nam quina licet sint undique Signa,  
 Qui tamen his Signis, quæ quinto quoque feruntur  
 Astra loco, fuerint nati, sentire Trigoni  
 Non poterunt vires; licet illud nomine servant, 305  
 Amisere: loco dotes numerisque repugnant.  
 Nam cum sint partes Orbis per Signa trecentæ,  
 Et ter vicinæ, quas Phœbi circuit ardor,  
 Tertia pars ejus numeri latus efficit unum  
 In tres perducti partes per Signa Trigoni. 310  
 Hanc autem numeri non reddit linea summam,  
 Si Signum a Signo, non pars a parte notetur;  
 Quod, quamvis duo sint hæc a dirimentibus astra,

Si tamen extremam lævi, primamve prioris  
 Inter se conferre voles, numerumque notare, 315  
 Ter quinquagenas implebunt ordine partes.  
 Transibit numerus formam, finesque sequentis  
 Consumet ductus. Licet ergo Signa Trigona  
 Dicantur, partes non servant illa Trigoni.

Hæc eadem species fallit per Signa Quadrata, 320  
 Quod cum totius numeri qui construit orbem,  
 Ter triginta Quadrum partes per sidera reddant,  
 Evenit ut, prima Signi de parte prioris  
 Si partem ad summam ducatur virga sequentis,  
 Bis sexagenas faciat: fin summa prioris, 325  
 Et pars confertur subjuncti prima, duorum  
 Signorum numerum medium transitque, refertque;  
 Triginta duplicat partes, pars tertia deerit:  
 Et quamvis quartum a quarto quis computet astrum,  
 Naufragium facient partes ipsius in ipsis. 330

Non igitur satis est Signis numerasse Trigona:  
 Quadrative fidem Cæli per Signa quaterna.  
 Quadrati si forte voles effingere formam;  
 Aut trinis paribus facies cum membra Trigoni:  
 Hic poscit quintam partem centesima summa: 335  
 Illic amittit decimam. Sic convenit ordo.  
 Et quæscunque quater cunctis favet angulus usque,  
 Quæque loca in triplici signarit linea ductu,  
 Cum signata viæ linquet dispendia rectæ,  
 His Natura dedit communi fœdere legem, 340  
 Inque vicem affectus & mutua jura favoris.

Quocirca non omnis habens genitura Trigonos  
 Consumet ductus. Licet ergo Signa Trigonæ  
 Dicantur partis: non servant illa Trigonis  
 Consensum Signis. Nec cum sint forte Quadrata, 345  
 Continuo inter se servant commercia rerum.  
 Distat enim an partes consumat linea justas,  
 Detrahetve modum numeri quem circulus ambit:  
 Nunc tres efficiat, nunc quattuor undique ductus,  
 Quos

Quos in plura jubet ratio procedere Signa 350  
Interdum, quam sint numeris memorata per orbem.

Sed longe major vis est per Signa Trigoni,  
Quam quibus est titulus sub quarto quoque quadratus.  
Altior est horum summoto linea templo:

Illa magis vicina meat, Cæloque recedit; 355  
Et propius terras accedit visus eorum,  
Aëraque infectum nostras dimittit ad auras.

Deviaque alternis data sunt commercia Signis:  
Mutua nec magno consensu fœdera servant,  
Invita angusto quod linea flectitur orbe: 360

Nam tum per calles formantur singula limos  
Sidera, & alterno divertitur angulus astro,  
Sexque per anfractus curvatur virgula in orbem:  
A Tauro venit in Cancrum; tum, Virgine tacta,  
Scorpion ingreditur, quo te, Capricorne, rigentem, 365

Et geminos a te Pisces, adversaque Tauro  
Sidera contingens finit, qua cœperat, orbem.

Alterius ductus locus est per transita Signa.  
Utque ea præteream quæ sunt mihi singula dicta,  
Flexibus hic totidem similis fit circulus illi. 370

Transversos igitur fugiunt subeuntia visus,  
Quod nimis inclinant, ac ne limisque videntur,  
Vicinoque latent. Ex recto certior ictus.

Tertia convexo conduntur Signa recessu;  
Et quæ succedit, connexa est linea Cælo, 375  
Singula circuitu quæ tantum transeat astra.

Vis ejus procul est, altoque vagatur Olympo,  
Et tenues vires ex longo mittit in Orbem.  
Sed tamen est illis fœdus sub lege propinqua,  
Quod non diversum genus est, quod euntibus astris,  
Mascula sex maribus respondent: cætera sexus 381  
Fœminei sic conjungunt commercia Mundi.

Sic, inquam, alternis paret Natura figuris,  
Et cognata jacent generis sub legibus astra.

Jam vero nulla est hærentibus addita Signis 385  
Gra-

Gratia; nam consensus hebet, quia visus ademptus.  
 In se cuncta ferunt animos, quæ cernere possunt.  
 Sunt & diversi generis connexa per orbem  
 Mascula foemineis, semperque obfessa vicissim.

Disparibus non ulla datur concordia Signis: 390  
 Sexta quoque in nullas memorantur commoda vires,  
 Virgula per totum quod par non ducitur orbem:  
 Sed duq Signa facit mediis summota quaternis,  
 Tertius absumto ductus non sufficit orbe.

At quæ diversis ex partibus astra refulgent, 395  
 Per medium adverso Mundum pendentia vultu,  
 Et toto divisa manent contraria Cælo.  
 Singula quæque loco quamvis summota ferantur,  
 Ex longo tamen illa valent, viresque ministrant  
 Vel bello, vel pace suas, ut tempora possunt; 400  
 Nunc Phæbo, stellis nunc & distantibus iras.

Quod si forte libet, quæ sunt contraria Signa  
 Per titulos celebrare suos sedesque, memento.  
 Solstitium brumæ, Capricornum opponere Cancro:  
 Lanigerum Libræ, par nox in utroque diesque: 405  
 Piscibus Erigonen: Juvenique Urnæque Leonem:  
 Scorpius e summo cum fulget, Taurus in imo est:  
 Et cadit Arcitenens, Geminis orientibus Orbi.  
 Observant inter sese contraria cursus:  
 Sed quanquam adversis fulgent contraria Signis, 410  
 Natura tamen interdum sociata feruntur,  
 Et genere. Exemplis concordia mutua surgit,  
 Mascula si paribus; vel si diversa suorum  
 Respondent generi. Pisces & Virginis astrum  
 Adversi volitant; sed amant concordia jura, 415  
 Et vincit Natura locum: sed vincitur ipsa  
 Temporibus, Cancerque tibi, Capricorne, repugnat,  
 Foemina foemineo, quia Brumæ diffidet Æstas.  
 Hinc rigor & glacies, nivibusque albertia rura:  
 Hinc fitis & sudor, nudusque in collibus Orbis, 420  
 Æstivosque dies æquat nox frigida brumæ.

Sic



Sic bellum Natura gerit, discordat & annus.  
 Nec mirere in eâ pignantia sidera parte:  
 At non Lanigeri Signum, Libræque repugnat  
 In totum, quia Ver Autumnno tempore differt: 425  
 Fructibus hic implet maturis, floribus illud;  
 Sed ratione pares, æquali nocte diebus,  
 Temporaque efficiunt simili concordia textu,  
 Permixtosque dies, mediis Hiemem inter & Æstum  
 Articulis, uno servantia tempore utrinque, 430  
 Quo minus infesto decertent sidera Cælo.  
 Talis erit ratio diversis addita Signis.

His animadversis rebus, quæ proxima cura,  
 Noscere tutelas, adjectaque numina Signis;  
 Et quæ cuique Deo rerum Natura dicavit, 435  
 Cum divina dedit magnis Virtutibus ora,  
 Condidit & varias sacro sub nomine vires,  
 Pondus uti rebus persona imponere possit.  
 Lanigerum Pallas: Taurum Cytherea tuetur:  
 Formosos Phœbus Geminos: Cyllenie, Cancrum: 440  
 Juppiter & cum matre Deum regit ipse Leonem:  
 Spiciferæ est Virgo Cereris: fabricataque Libra  
 Vulcano; pugnax Mavorti Scorpius hæret:  
 Venantem Diana virum, sed partis equinæ;  
 Atque angusta fovet Capricorni sidera Vesta: 445  
 E Jovis adverso Junonis Aquarius astrum est:  
 Agnoscitque suos Neptunus in æquore Pisces.  
 Hinc quoque magna tibi veniant momenta futuri;  
 Cum ratio tua per stellas & sidera curret,  
 Argumenta petes omni de parte, viasque 450  
 Artis, ut ingenio divina potentia surgat,  
 Exæquentque fidem Cæli mortalia corda.

Accipe divisas hominis per sidera partes,  
 Singulaque propriis parentia membra figuris,  
 In quæ præcipuas toto de corpore vires 455  
 Exercent. Aries caput est ante omnia princeps  
 Sortitus: censusque sui pulcherrima colla

Tau-

Taurus: & in Geminis æquali brachia forte  
 Scribuntur connexa humeris: pectusque locatum  
 Sub Cancro est: laterum regnum, scapulæque Leonis,  
 Virginis in propriam descendunt ilia sortem: 461  
 Libra regit clunes: & Scorpius inguine gaudet:  
 Centauro femora accedunt: Capricornus utrisque  
 Imperat in genibus: crurum fundentis Aquarii  
 Arbitrium est: Piscesque pedum sibi jura reposcunt. 465

Quinetiam propriis inter se legibus astra  
 Conveniunt, & certa gerunt commercia rerum:  
 Inque vicem præstant visus, atque auribus hærent:  
 Aut odium fœdusve gerunt: conversaque quædam  
 In semet proprio ducuntur plena favore. 470  
 Idcirco adversis nonnunquam gratia Signis,  
 Et bellum sociata gerunt, alienaque sede  
 Inter se generant conjunctos omne per ævum:  
 Utrique & forti pugnant, fugiuntque vicissim.  
 Sic Deus in leges Mundum cum conderet omnem, 475  
 Affectus quoque divisit variantibus astris:  
 Atque aliorum oculos, aliorum contulit aures:  
 Junxit amicitias horum sub fœdere certo,  
 Cernere ut inter se possint audireque quædam,  
 Diligerent alia, & noxas bellumque moverent: 480  
 His etiam propriæ foret indulgentia sortis,  
 Ut se diligerent semper, sibi que ipsa placerent.  
 Sicut naturas hominum plerasque videmus,  
 Qui genus ex Signis ducunt formantibus artus.

Consilium ipse suum est Aries, ut principe dignum est;  
 Audit se, Libramque videt, frustratur amando. 486  
 Taurus, Lanigero qui fraudem nectit, & ultra  
 Fulgentes videt, atque audit per sidera Pisces,  
 Virgine amans capitur. Sic quondam gesserat ante  
 Europam dorso retinentem cornua lævâ, 490  
 Indutusque Jovi. Geminorum ducitur auris  
 Ad Juvenem æternas fundentem Piscibus undas:  
 Inque ipsos animus Pisces; oculique Leonem.

Can-

Cancer ( ut adverso Capricornus conditur astro )  
 Vertitur in semet oculis; in mutua tendit 495  
 Auribus: at Cancri captatur Aquarius astro.  
 At Leo cum Geminis aciem conjungit, & aures  
 Centaurō geminas; Capricorni diligit astrum.  
 Erigone Taurum spectat, sed Scorpion audit,  
 Atque Sagittifero conatur nectere fraudem. 500  
 Libra suos sequitur sensus, solumque videndo  
 Lanigerum, atque animo complexa est Scorpion infra.  
 Ille videt Pisces, audit quæ est proxima Libræ.  
 Necnon Arcitenens magno parere Leoni  
 Auribus, atque oculis Signum fundentis Aquarii 505  
 Conspicere assuevit; solamque ex omnibus astris  
 Diligit Erigonen. Contra Capricornus in ipsum  
 Convertit visus. ( Quid enim mirabitur ille  
 Majus, in Augusti felix cum fulserit ortum? )  
 Auribus & summi captat fastigia Cancri. 510  
 Et nudus Geminis intendit Aquarius aurem,  
 Sublimemque colit Cancrum, spectatque reducta  
 Tela Sagittari. Pisces ad Scorpion acrem  
 Direxere aciem, cupiuntque attendere Taurum.  
 Has Natura vices tribuit, cum sidera finxit. 515  
 His orti similes referunt per mutua sensus,  
 Cum cupiunt audire alios, aliosque videre:  
 Horum odio, nunc horum iidem ducuntur amore:  
 Illis insidias tendunt, captantur ab illis.  
 Quin adversa meant etiamque Trigona Trigonis,  
 Altera quæ in bellum diverso limite ducit 521  
 Linea. Sic veri per totum consonat ordo:  
 Namque Aries, Leo, & Arcitenens sociata Trigono  
 Signa negant Chelis fœdus, totique Trigono,  
 Quod Gemini excipiunt, fundens & Aquarius undas.  
 Idque duplex ratio cogit verum esse fateri. 526  
 Quod tria Signa tribus Signis contraria fulgent:  
 Quodque æterna manent hominum bella atque ferarum.  
 Humana est facies Libræ, diversa Leonis.

Id-

Idcirco cedunt pecudes, quæ viribus amplis. 530

Consilium est majus. Victus Leo fulget in astris:

Aurea Lanigero concessit sidera pellis:

Ipse suæ parti Centaurus tergo cedit.

Usque adeo est hominis virtus! Quo mirer ab illis

Nascentis Libræ superari posse Trigonum. 535

Quinetiam brevior ratio est per Signa sequenda:

Nam quæcumque nitent humanâ condita formâ

Astra, manent illis inimica & victa ferarum.

Sed tamen in proprias secedunt singula mentes,

Et privata gerunt secretis hostibus arma. 540

Lanigero genitis bellum est cum Virgine natis,

Et Libra, & gemini Piscis quos protulit unda.

In partes Tauri sub Cancro nata feruntur

Pectora, & in Chelis, & quæ dat Scorpius acer,

Et Pisces. At quos Geminorum sidera formant, 545

His cum Lanigero bellum est ejusque Trigono.

In Cancro genitos Capricorni semina lædunt,

Et Libræ partus & quos dat Virginis astrum,

Quique sub adversi numerantur sidere Tauri.

Lanigeri communis erit rabidique Leonis 550

Hostis, sed totidem bellum subscribitur astris.

Erigone Taurumque timet geminumque sub arcu

Centaurum, & Pisces, & te, Capricorne, rigentem.

Maxima turba petit Libram, Capricornus & illi

Adversus Cancer, Chelis quod utrumque Quadratum est.

Quæque in Lanigeri numerantur Signa Trigono, 556

Scorpius in totidem fœcundus creditur hostis;

Æquoreum Juvenem, Geminos, Taurum atque Leonem,

Erigonen, Libramque fugit metuendus & ipse.

Quique Sagittiferi veniunt de sidere partus, 560

Hos Geminis nati, Libraque & Virgine & Urna

Depressisse volunt, Natura & lege jubente.

Hæc eadem, Capricorne, tuis inimica feruntur.

Et quos æternis perfundit Aquarius undis,

Ad pugnam veniens agitat, totumque Trigonum, 565

Tur-

Turba, sub unius Juvenis virtute, ferarum.  
 Piscibus exortos vicinus Aquarius urget,  
 Et Gemini fratres, & quos dat Virginis astrum,  
 Quique Sagittiferi veniunt sub fidere nati.

Nec sola hæc ratio, quæ dat nascentibus arma, 570  
 Inque odium generat partus, & mutua velle:  
 Sed plerumque manent inimicâ tertia quæque  
 Lege, in transversum vultu defixa maligno;  
 Quæque manent quocumque loco contraria Signa,  
 Adversosque gerunt inter se septima visus; 575  
 Tertia quæque illis utrisque Trigona feruntur.  
 Nec sit mirandum si fœdus non datur astris,  
 Quæ sunt adversis Signis cognata, Trigoni.

Per tot Signorum species contraria surgunt  
 Corpora, totque modis, quoties inimica creantur. 580  
 Perque tot ætates hominum, tot tempora & annos,  
 Tot bella, & varios etiam sub pace labores,  
 Si Fortuna fidem quærat, vix invenit usquam.  
 Ah! quanta est scelerum moles per sæcula cuncta,  
 Quamque onus invidiæ non excussabile terris! 585  
 Venales ad fata patres, matrumque sepulchra:  
 Imposuit Phœbus noctem, terrasque reliquit.  
 Quid loquar everfas urbes, & prædita templa,  
 Et varias pacis elades, & mixta venena,  
 Insidiasque fori, cædes in mœnibus ipsis, 590  
 Et sub amicitiae grassantem nomine turbam?  
 In populo scelus est, & abundant cuncta furore:  
 Et fas atque nefas mixtum, legesque per ipsas  
 Sævæ nequities. Pœnas jam noxia vincit.  
 Scilicet, in multis quoniam discordia Signis 595  
 Corpora nascuntur, pax est sublata per Orbem,  
 Et fidei rarum fœdus, pacisque tributum.  
 Utque sibi Cælum, sic Tellus diffidet ipsa;  
 Atque hominum gentes inimica sorte feruntur.

Idcirco nihil ex semet Natura creavit 600  
 Pectore amicitiae majus, nec rarius unquam.

Unus

Unus erat Pylades, unus qui mallet Orestes  
 Ipse mori: lis una fuit per sæcula mortis,  
 Alter quod raperet fatum, non cederet alter.  
 Et duo quæ potuere sequi vix noxia pœnis. 605  
 Optavitque reum sponsor non posse reverti:  
 Sponforemque reus timuit, ne solveret ipsum.

Si tamen & cognata cupis dignoscere Signa,  
 Quæ jungunt animos, & amica sorte feruntur;  
 Lanigeri partus cum toto junge Trigono. 610

Simplicior tamen est Aries, meliusque Leone  
 Prosequitur genitos, & te, Centaure, creatos.  
 Quâ colitur namque est naturâ mitius astrum,  
 Expositumque suæ noxæ sine fraudibus ullis:

Nec minus ingenio molli, quam corpore constat. 615  
 Illis est feritas Signis, prædæque cupido,  
 Venalisque animus nonnunquam excedere cogit  
 Commoditate fidem, nec longa est gratia facti.

At cum Lanigeri partui sub utroque Trigono  
 Non parcit, sed rara gerit pro tempore bella, 620  
 ( Quod feritas utriusque magis pro tempore cogit )  
 Plus tamen in duplici numerandum est roboris esse,  
 Cui commixtus homo est, quam te, Nemeæ, sub uno.  
 Idcirco pax est Signis & mixta querela.

Quinetiam Tauri Capricorno jungitur astrum; 625  
 Nec magis illorum coeunt ad fœdera mentes.

Virgineos etiam partus, quicumque creantur  
 Tauro, complecti cupiunt: sed sæpe queruntur.  
 Quosque dabunt Chelæ, & quos dat Aquarius ortus,  
 Unum pectus habent, fideique immobile vinclum. 630  
 Magnus erit Geminis amor & concordia duplex:

Magnus & in multos veniet successus amicos.  
 Scorpius & Cancer fraterna in nomina ducunt  
 Ex semet genitos. Illis (nam sæpe est subdolus actus)  
 Scorpius aspergit noxas sub nomine amici. 635

At quibus in lucem Pisces venientibus adsunt,  
 His non una manet semper sententia cordi:

Com-

Commutant animos interdum, & fœdera rumpunt,  
 Ac repetunt: testæque lues sub fronte vagantur.  
 Sic erit ex Signis odium tibi paxque notanda. 640  
 In terris geniti tali sub lege creantur.

Nec satis est tantum solis insistere Signis.  
 Contemplare locum Cæli, sedemque Vagantum.  
 Parte genus variant; & vires linea mutat.  
 Nam sua Quadratis veniunt, sua jura Trigonis, 645  
 Et quæ per senos decurrit virgula ductus,  
 Quæque secant medium transverso limite Cælum.  
 Hinc modo dat Mundus vires, modo detrahit idem:  
 Quæque illic sumunt iras, hic acta reponunt; 649  
 Distat enim surgantne eadem, subeantne, cadantne.  
 Crebrius adversus odium est: cognata Quadratis  
 Corpora censetur Signis: & amica Trigonis.

Nec ratio obscura est, nam quantum quodque locavit  
 Ejusdem generis Signum Natura per orbem.  
 Quattuor æquali Cælum discrimine signant, 655  
 In quibus articulos anni Deus ipse creavit.  
 Ver Aries: Cererem Cancer: Bacchumque ministrat  
 Libra: Caper Brumam, genitusve ad frigora Piscis.  
 Nec non & duplici quæ sunt connexa figura, 659  
 Quantum quemque locum retinent. Duo cernere Pisces,  
 Et geminos Juvenes, duplicemque in Virgine formam,  
 Et duo Centauri licet uno corpore textos.

Sic & simplicibus Signis stat forma quadrata;  
 Nam neque Taurus habet comitem: nec jungitur ulli  
 Horrendus Leo: nec metuit sine corpore quenquam 665  
 Scorpius: atque uno censetur Aquarius astro.

Sic quæcumque manent quadrato condita templo  
 Signa, parem referunt numeris aut tempore sortem;  
 Ac veluti cognata manent sub fœdere tali.

Idcirco Affines signant, gradibusque propinquis 670  
 Accedunt, unâque tenent sub imagine natos.  
 Quotquot Cardinibus proprio quadrante moventur  
 Proxima, Vicinis subscribunt. Tertia quæque

D

Hospi-

Hospitibus. Sic astrorum servabitur ordo.  
 Quæ quanquam in partes divisi quattuor orbis 675  
 Sidera quadrata efficiunt, non lege Quadrati  
 Censentur: minor est numeri quam Cardinis usus.  
 Longior in spatium porrecta est linea majus,  
 Quæ tribus emensis Signis, facit astra Trigona.  
 Hæc ad amicitias imitantes jura gradumque 680  
 Sanguinis, atque animis hærentia pectora ducunt.  
 Utque ipsa ex longo coeunt summotâ recessu:  
 Sic nos conjungunt majoribus intervallis.  
 Hæc meliora putant, mentes quæ jungere possunt,  
 Quam quæ nonnunquam fœdus sub sanguine fallunt. 685  
 Jam nihil in totum servit sibi, mixta feruntur.  
 Ipsis dant fines Astris, capiuntque vicissim;  
 Quæ mihi mox certo digesta sub ordine surgent.  
 Adde suas partes Signis, sua partibus astra:  
 Omnibus ex istis ratio est repetenda per artem, 690  
 Pacata infestis Signa ut perdiscere possis.  
 Perspice nunc tenuem visu rem, pondere magnam,  
 Quæ tantum Grajo signari nomine possit,  
 Dodecatemoria in titulo signantia caussas.  
 Nam cum tricenâ per partes sidera constent, 695  
 Rursus bis senis numerus deducitur omnis.  
 Ipsa igitur ratio binas in partibus esse  
 Dimidiasque docet partes. His finibus esse  
 Dodecatemorion constat, bis senaque cuncta  
 Omnibus in Signis, quæ Mundi conditor ille 700  
 Attribuit totidem numero fulgentibus astris,  
 Ut sociata forent alternâ sidera sorte;  
 Et similis Mundus sibi, & omnia in omnibus astra,  
 Quorum mixturis regeret concordia corpus,  
 Et tutela foret communi mutua caussa? 705  
 Idcirco quamquam Signis nascuntur iisdem,  
 Diversos referunt mores, inimicaque vota:  
 Et sæpe in pecudes errat Natura, maremque  
 Fœmina subsequitur: miscentur sidere partus,  
 Sin-



Singula adversis variant quot partibus astra, 710  
Dodecatemoriis proprias mutantia causas.

Nam quid sit, cujusve causam, quove ordine constet,  
Ne vagus ignotis Signorum partibus erres.

Ipsa suo retinent primas in corpore partes

Sidera: vicinis subeuntes attribuuntur: 715

Cætera pro numero ducunt ex ordine partes,

Ultima & extremis ratio conceditur astris.

Singula sic retinent binas in sidera quæque

Dimidiasque sui partes: & summa repletur

Sortibus exactis triginta fidere in omni. 720

Nec genus est unum, ratio nec prodita simplex,

Pluribus inque modis verum Natura locavit,

Diduxitque vias, voluitque per omnia quæri.

Hæc quoque comperta est ratio sub nomine eodem:

Quacumque in parte, nascentum tempore, Luna 725

Constiterit, numeris hanc ter dispone quaternis,

( Sublimi totidem quia fulgent sidera Mundo )

Inde suas illi Signo, quo Luna refulsit,

Et quæ dehinc fuerint, partes numerare memento .

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

Proxima tricenae partes sententia ducit: 730

Hic ubi deficiet numerus, tunc summa relicta

In binas sortes adjectâ parte locetur

Dimidiâ, reliquis tribuatur ut ordine Signis.

In qua destituet te, justum Luna tenebit

Dodecatemorion Signi. Post cætera duces 735

Ordine quæque suo, sicut stant astra locata .

Hæc quoque te ratio ne fallat, perspice paucis.

Major in effectu, minor est, quod partibus ipsis

Dodecatemorii quid sit, quod dicitur esse

Dodecatemorion. Namque id per quinque notatur 740

Partes; nam totidem præfulgent sidera Cælo,

Quæ vaga dicuntur: ducunt & singula partes

D 2

Di-

Dimidias, viresque in eis & jura capeſſunt.

In quocunque igitur ſtellæ quandoque locatæ  
Dodecatemorio fuerint, ſpectare decebit.

745

Cujus enim ſtellæ fines in fidere quoque  
Inciderint, dabit effectus in viribus ejus.

Undique miſcenda eſt ratio, per quam omnia conſtant.  
Verum hæc poſterius proprio cuncta ordine reddam.

Nunc ſatis eſt docuiſſe ſuos ignota per uſus,

750

Ut cum perceptis ſteterit fiducia membris,

Sic totum corpus facili ratione notetur.

Et bene de ſumma veniet poſt ſingula carmen.

Ut rudibus pueris monſtratur littera primum

Per faciem nomenque ſuum; tum ponitur uſus:

755

Tum conjuncta ſuis formatur ſyllaba nodis:

Hinc verbis ſtructura venit per verba legendi:

Tunc rerum vires, atque artis traditur uſus,

Perque pedes proprios naſcentia carmina ſurgunt,

Singulaque in ſummâ prodeſt didiciſſe priora.

760

Quæ niſi conſtiterint propriis fundata elementis,

Verſis, quæ propere dederint præcepta magiſtri,

Effluat in vanum rerum præpoſterus ordo.

Sic mihi per totum volitanti carmine Mundum,

Erutaque obſtruſâ penitus caligine Fata,

765

Pieridum numeris etiam modulata canenti,

Quaque Deus regnat revocanti numen ab arce,

Per partes ducenda fides, & ſingula rerum

Sunt gradibus tradenda ſuis, ut, cum omnia certa

Notitiâ ſteterint, proprios revocentur ad uſus.

770

Ac velut in nudis cum ſurgunt mœnibus urbes,

Conditor & vacuos muris circumdare colles

Deſtinat, ante manu quam tentet ſcindere foſſas,

Vertit opus; ruit ecce nemus; ſaltuſque vetuſti

Procumbunt, Solemque novum, nova ſidera cernunt;

775

Pellitur omne loco volucrum genus atque ferarum,

Antiquaſque domos & nota cubilia linquunt:

Aſt alii ſilicem in muros, & marmora templis

Riman-

Rimantur; ferrique rigor per tempora nota  
 Quæritur; hinc artes; hinc omnis convenit usus; 780  
 Tunc demum confurgit opus, cum cuncta supersunt,  
 Ne medios rumpat cursus præpostera cura.  
 Sic mihi cunctanti tantæ succedere moli,  
 Materies primum, rerum ratione remotâ,  
 Tradenda est, ratio ne sit post irrita, neve 785  
 Argumenta novis stupeant nascentia rebus.

Ergo age noscendis animum compone sagacem  
 Cardinibus, qui per Mundum sunt quattuor omnes  
 Dispositi semper, mutantque volantia Signa.  
 Unus ab exortu Cæli nascentis in Orbem, 790  
 Qui primum terras æquali limite cernit.  
 Alter ab adversa respondens ætheris ora,  
 Unde fugit Mundus, præcepſque in Tartara tendit.  
 Tertius excelsi signat fastigia Cæli,  
 Quo defessus equis Phœbus subsistit anhelis, 795  
 Declinatque diem, mediasque examinat umbras.  
 Ima tenet quartus fundato nobilis orbe,  
 In quo principium est reditus, finisque cadendi  
 Sideribus; pariterque Occasus cernit & Ortus.  
 Hæc loca præcipuas vires, summosque per artem 800  
 Fatorum effectus referunt, quod totus in illis  
 Nititur æthereis veluti compagibus Orbis:  
 Quæ nisi perpetuis alterna forte volentem  
 Curſibus excipiant, nectantque in vincula bina  
 Per latera, atque imum templi summumque cacumen,  
 Dissociata fluat resoluta machina Mundo. 806

Sed diversa tamen vis est in Cardine quoque,  
 Et pro sorte loci variant, atque ordine distant.  
 Primus erit summi qui regnat culmine Cæli,  
 Et medium tenui partitur limite Mundum, 810  
 Quem capit excelsa sublimem gloria sede.  
 Scilicet hæc tutela decet fastigia summa,  
 Quidquid ut emineat sibi vendicet, & decus omne  
 Adserat, & varios tribuendo regnet honores.

Hinc favor & species, atque omnis gloria vulgi: 815  
 Reddere jura foro: componere legibus Orbem:  
 Fœderibusque suis externas jungere gentes:  
 Et pro sorte sua cujusque extollere nomen:

Proximus est ima quanquam statione locatus, 820  
 Sustinet æternis nixum radicibus Orbem:  
 Effectu minor in specie, sed major in usu:  
 Fundamenta tenet rerum, censusque gubernat:  
 Quam rata sint fossis scrutatur vota metallis,  
 Atque ex occulto quantum contingere possis.

Tertius æquali pollens in parte nitentem 825  
 Qui tenet exortum, quâ primum sidera surgunt:  
 Unde dies redit, & tempus describit in horas;  
 Hinc inter Graías Horoscopus editur urbes,  
 Nec capit externum, proprio quia nomine gaudet.  
 Hic tenet arbitrium vitæ; atque hic regula morum est;  
 Fortunamque dabit rebus, ducetque per artes; 831  
 Qualiaque excipiant nascentes tempora prima;  
 Quos capiant cultus; quali sint sede creati,  
 Utcumque admixtis subscribant viribus astra.

Ultimus, emenso qui condit sidera Mundo, 835  
 Occasumque tenens submersum respicit Orbem,  
 Pertinet ad rerum summas, finemque laborum;  
 Conjungitque epulas, extremaque tempora vitæ,  
 Otiæque & cœtus hominum, cultusque Deorum.

Nec contentus eris percepto Cardine quoque: 840  
 Intercepta etiam memori sunt mente notanda,  
 Per majus dimensa, suas reddentia vires.

Quidquid ab exortu summum curvatur in Orbem,  
 Ætatis primæ, nascentisque asserit annos.

Quod summo premitur devexum culmine Mundi, 845  
 Donec ad Occasus veniat, puerilibus annis  
 Succedit, teneramque regit sub sede juventam.

Quæ pars Occasus, interque imumque sub Orbem  
 Descendit, regit hæc maturæ tempora vitæ,  
 Et propriâ serie, varioque exercita cursu. 850  
 At

At quæ perficitur cursu redeunte sub imo,  
Tarda supinatum lassatis viribus arcum  
Ascendens, seros demum complectitur annos,  
Labentisque dies vitæ, tremulamque senectam.

Omne quidem Signum sub qualicunque figura 855  
Partibus inficitur Mundi; locus imperat astris,  
Et dotes noxamque facit. Vertuntur in orbem  
Singula, & accipiunt vires, Cæloque remittunt.  
Vincit enim Natura genus, legesque ministrat  
Finibus in propriis, & prætereuntia cogit 860  
Esse sui moris, vario nunc dives honore,  
Nunc sterilis, pœnamque ferentia sidera sedis.

Quæ super exortum est a summo tertia Cælo,  
Infelix regio, rebusque inimica futuris,  
Et vitio foecunda nimis. Nec sola, sed illi 865  
Par erit, adverso quæ fulget sidere sedes  
Juncta sub Occasu. Ne præstet Cardine Mundi,  
Utraque præteritâ fertur dejecta ruinâ:  
Porta laboris erit, scandendum est atque cadendum.

Nec melior super Occasum, contraque sub Ortum 870  
Sors agitur Mundi. Præceps hæc, illa superne  
Pendens aut meruit vicino Cardine finem,  
Aut fraudata cadet. Merito Typhonis habentur  
Horrendæ sedes, quem Tellus sæva profudit,  
Cum bellum Cælo peperit, nec matre minores 875  
Exstiterunt partus: sed fulmine rursus in altum  
Compulsi, montesque super rediere cadentes;  
Cessit & in tumultum belli, vitæque Typhoeus:  
Ipsa tremat mater flagranti monte sub Ætna.

At quæ fulgenti sequitur fastigia Cælo 880  
Proxima, ( neve ipsi cedat qui fungitur alto )  
Spe melior, palmamque petens, victrixque priorum,  
Altius insurgit summæ comes addita fini:  
Imperiisque manent cursus, nec vota supersunt.  
Quocirca minime est mirum si proxima summo, 885  
Atque eadem interior venerandâ sorte dicatur:

D 4

Cui

Cui titulus felix, censum si proxima Grae  
Nostra subit linguae, veterique a nomine nomen.  
Iuppiter hic habitat. Fortunae crede regenti.

Huic in perversum similis dejecta sub Orbe, 890  
Imaque submersi contingens culmina Mundi,  
Adversa quae parte nitet, defessa peracta  
Militia, rursusque novo devota labori,  
Cardinis & subitura jugum, sortemque potentem,  
Nondum sentit onus Mundi, jam sperat honorem. 895  
Daemonien memorant Graii: Romana per ora  
Quaeritur inverso titulus. Sub corde sagaci  
Conde locum, numenque Dei, nomenque potentis.

Quae tibi posterius magnos revocantur ad usus,  
His momenta manent nostrae plerumque salutis, 900  
Bellaque morborum tætris pignantia telis.  
Viribus ambiguum geminis, caussaque diei,  
Nunc huc, nunc illuc sortem mutantis utramque.  
Sed medium post castra diem, curvataque primum  
Culmina nutantis summo de vertice Mundi, 905  
Æthere Phœbus amat: sub quo quoque corpora nostra  
Decernunt vitia, & fortunam ex viribus ejus  
Concipiunt. Deus ille locus sub nomine Grajo  
Dicitur. Huic adversa nitens, quae prima resurgit  
Sedibus ex imis, iterumque reducit Olympum, 910  
Pars Mundi, fulvumque nitet, noctemque gubernat,  
Et dominam agnoscit Phœben, fraterna videntem  
Regna per adversas Cæli fulgentia partes,  
Fataque damnosis imitantem finibus Orbis.  
Huic parti Dea nomen erit Romana per ora: 915  
Græcia voce sua titulum designat eundem.

Arce sed in Cæli, qua summa acclivia finem  
Inveniunt, quâ principium declivia sumunt,  
Culminaque insurgunt Occasus inter & Ortus,  
Suspenduntque suo libratum examine Mundum, 920  
Afferit hanc Cytherea sibi per sidera sedem,  
Et veluti faciem Mundi sua collocat ora,

Per

Per quæ humana regit. Propria huic est addita parti  
 Vis, ut connubia & thalamos tædasque gubernet.  
 Hæc tutelâ decet Venerem sua tela movere. 925  
 Nomen erit Fortuna loco; quod percipe mente,  
 Ut brevia in longo compendia carmine præstem.

At qua subsidit converſo Cardine Mundus  
 Fundamenta tenens, adverſum & ſuſpicit Orbem,  
 Ac media ſub nocte jacet, Saturnus in illa 930  
 Parte ſuas agitât vires, dejectus & ipſe.  
 Imperio quondam Mundi, folioque Deorum  
 Et pater in patrios exercet Numina caſus,  
 Fortunamque ſenum. Prima eſt tutela duorum,  
 Naſcentum atque patrum, quæ Cæli condita pars eſt.  
 Aſperum erat tempus, titulum cui Græcia fecit 936  
 Dæmonium, ſignatque ſuas pro nomine vires.

Nunc age, ſurgentem primo de Cardine Mundum  
 Reſpice quâ ſolito naſcentia Signa recurſu  
 Incipiunt: udus gelidiſ & Phœbus ab undiſ 940  
 Enatat; & fulvo paulatim accenditur igne,  
 Et tuâ templa ferit, Majâ Cyllenie nate,  
 O! facies ſignata notâ, quod nomen & ipſi  
 Auctores tibi dant artiſ, quæ ducit Olympum.  
 In qua fortunam natorum condidit omnem 945  
 Natura, æque illâ ſuſpenderit vota parentum.

Unus in Occaſu locus eſt ſuper: ille ruentem  
 Præcipitat Mundum terris, & ſidera merſat,  
 Tergaque proſpectat Phœbi, qui viderat ora.  
 Ne mirere nigri ſi Ditiſ jamua fertur, 950  
 Et ſinem vitæ retinet, mortique locatur.

Hinc etiam ipſe dieſ moritur, terraſque per Orbem  
 Subripit, & noctiſ captum ſub carcere claudit.  
 Nec non & Fidei tutelam vendicat ipſam,  
 Peſtoris & pondus. Tanta eſt in ſede poteſtaſ, 955  
 Quæ vocat & condit Phœbum, recipitque reſertque,  
 Conſumitque diem. Tali ſub lege notandæ  
 Templorum tibi ſunt vires, quas pervolat omniſ  
 Astro-

Astrorum series, ducitque & commodat illis  
 Ipsa suas leges; stellæque ex ordine certo, 960  
 Ut Natura finit, lustrant, variasque locorum  
 Efficiunt vires: utcumque aliena capeffunt  
 Regna, & in extremis subsidunt hospita castris.

Hæc mihi sub certa stellarum parte canentur.  
 Nunc satis est Cæli partes titulosque notasse, 965  
 Effectusque loci per se cuiusque, Deosque,  
 Cui parti nomen posuit, qui condidit artem,  
 Octotopos, per quos stellæ diversa volantes,  
 Quos reddant motus proprio venit ordine rerum.



MAR-





M A R C I  
M A N I L I I  
ASTRONOMICON.  
LIBER TERTIUS.

A R G U M E N T U M.



OSTQUAM de variis ac vulgaribus aliorum Poëtarum argumentis pauca præfatus est Manilius, I. Materiam nulli priorum, ut ait, cantatam aggredditur; alteram nempe duodecim Asthlorum rationem (in qua sava Fortune dux est cæterorum), mensurâ verborum metitur, carminumque vinculo constringit eleganter. II. Cunctis Asthlorum sortibus breviter explicatis ex ordine, docet modum invenienti Fortune locum per astra; quo cognito facile est cætera dignoscere. Neque enim ita immota stant duodecim Asthla, sicut duodecim Stationes Cæli sunt immobiles: sed varie moventur pro diverso Solis a Luna, aut Lune vicissim a Sole motu ac recessu. Quod quidem præcipue observandum est in genituris diurnis aut nocturnis. III.

III. Rem longe difficiliorem aggreditur ; docet enim varias Signorum ascensiones ac descensiones , seu ortus & occasus per quamcumque terrarum regionem , pro vario Sphaerae situ ac habitu . In primis statuit duplicem temporis mensuram , horarum & stadiorum . Prius autem refutat veterem ac vulgarem opinionem de binis horis in ortum aut occasum cujusque Signi , quam doceat modum inveniendi per quot horas ac stadia surgant aut cadant singula Signa . IV. Quibus explicatis , demonstrat rationem , qua menses hiberni per horas crescant , aestivi vero decrescant . Docet & quomodo Solis annuos cursus Signa quaeque suos ducant : quomodo menstruos Lunae motus quisque suos mensis asserat : & quomodo primam diem quodque suam , primamque horam diei quodque suam Signum Horoscopans vendicet ; aitque primum Solarem annum ejus esse Signi in quo Sol lucet : primum mensem ejus esse Signi in quo Luna lucet : primum diem primamque diei horam ejus esse Signi quod Horoscopans erit , dum quis nascitur . V. His autem absolutis , aliam tradit rationem de annis vitae , quos & Signa quaeque , & Stationes quaeque Caeli dant . Quorum annorum per Signa & Stationes censum agit , quem exemplo Lunae lucentis in prima Statione , qui est Ortus , confirmat inductionem praeclaram agendo . Notat denique quot annos vitae dent praecipue quatuor Tropica Signa ; variasque refert opiniones de gradu in quo cujusque Signi Tropici versura contingat .



MAR-

# MARCI MANILII

## ASTRONOMICON.

### LIBER TERTIUS.



N nova surgentem, majoraque viri-  
bus ausum,  
Nec per inaccessos metuentem va-  
dere saltus  
Ducite, Pierides; vestros extendere  
fines  
Conor, & indignos in carmina  
ducere cantus.

Non ego. in excidium Cæli nascentia bella, 5  
Fulminis & flammæ; partusque in matre sepultos.  
Hæc tora venalem, cineri Priamumque ferentem.  
Colchida nec referam vendentem regna parentis,  
Et lacerum fratrem stupro; segetesque virorum;  
Taurorumque truces flammæ; vigilemque Draconem; 10  
Et reduces annos; auroque incendia facta;  
Et male conceptos partus, pejusque necatos.  
Non annosa canam Messanæ bella nocentis.  
Septenosque duces, ereptaque fulmine flammis  
Mœnia Thebarum, & victam quæ vicerat, urbem;  
Germanosque patris referam, matrisque nepotes: 16  
Natorumque epulas, conversa que sidera retro,  
Ereptumque diem. Nec Persica bella profundo  
Indicta, & magna Pontum sub classe latentem,  
Immissumque fretum terris, iter æquoris undis: 20  
Non reges magnos. Spatio majore canenda,  
Quam si tacta loquar, Romanæ gentis origo;  
Totque duces Orbis, tot bella, tot otia, & omnis  
In populi unius leges ut cesserit Orbis,  
Differtur. Facile est ventis dare vela secundis: 25

Fœ-

Fœcundumque solum varias agitare per artes,  
 Aurorque atque ebori decus addere, cum rudis ipsa  
 Materies niteat. Speciosis condere rebus  
 Carmina vulgatum est opus, & componere simplex.

At mihi per numeros, ignotaque nomina rerum, 30  
 Temporaque, & varios casus, momentaque Mundi,  
 Quorum quæque vices, partesque in partibus ipsis,  
 Luctandum est. Quæ nôsse nimis: quod dicere quantum est,  
 Carmine quod proprio, pedibus quod jungere certis!

Huc ades, o quicumque meis advertere cœptis 35  
 Aurem oculosque potes, veras & percipe voces.  
 Non ad juratos reges, Trojamque cadentem  
 Impendas animum, nec dulcia carmina quæras.  
 Ornari res ipsa negat contenta doceri,  
 Et si qua externâ referentur nomina linguâ, 40  
 Hoc operis, non vatis erit. Non omnia flecti  
 Possunt, & propria melius sub voce notantur.

Nunc age, subtili rem summam perspice cura,  
 Quæ tibi præcipuos usus monstrata ministrat,  
 Et certas dat in arte vias ad Fata canenda, 45  
 Si bene constiterit vigilantibus condita sensu.

Principium rerum & custos Natura latentum,  
 Cum tantas strueret moles per mœnia Mundi,  
 Et circumfusus Orbem concluderet astris  
 Undique pendentem in medium, diversaque membra 50  
 Ordinibus certis sociaret corpus in unum,  
 Aëraque, & terras, flammamque, undamque natantem  
 Mutua in alternum præbere alimenta juberet,  
 Ut tot pugnantes regeret concordia causas,  
 Staretque æternò religatus fœdere Mundus, 55  
 Exceptum a summa ne quid ratione maneret,  
 Et quod erat Mundi Mundo regeretur ab ipso:  
 Fata quodque & vitas hominum suspendit ab astris,  
 Quæ summæ operum partes, quæ lucis honorem,  
 Quæ famam assererent, quæ numquam fessa volarent, 60  
 Quæ quasi per mediam Mundi præcordia partem

Di-

Disposita obtineant; Phœbum Lunamque vagasque  
Evincant stellas, nec non vincantur & ipsa.

His regimen Natura dedit, propriasque sacravit  
Unicuique vices, sanxitque per omnia summam 63  
Undique ne Fati ratio traheretur in unam.

Nam quodcumque genus rerum, quodcumque laborum,  
Quæque opera, atque artes, quicumque per omnia casus  
Humana in vita poterant contingere, sorte  
Complexa est: tot & in partes, quot & astra locarat, 70  
Res posuit, certasque vices: sua nomina cuique  
Attribuit, totumque hominis per sidera censum  
Ordine sub certo duxit, pars semper ut eidem  
Confinis parti vicinis staret in arvis.

Horum operum sortes ad singula Signa locavit, 75  
Non ut in æterna Cæli statione manerent,  
Et cunctos hominum pariter traherentur in ortus  
Ex iisdem repetita locis: sed tempore sedes  
Nascentum acciperent proprias, Signisque migrarent,  
Atque aliis alio fors quæque accederet astro, 80  
Ut caperet genitura novam per sidera formam,  
Nec tamen incerto confunderet omnia motu:  
Sed cum pars operum, quæ prima condita parte est,  
Accepit propriam nascentis tempore sedem,  
Cætera succedunt, Signisque sequentibus hærent. 85  
Ordo ducem sequitur, donec venit orbis in orbem.

Has autem series rerum per Signa locatas,  
In quibus omnis erit fortunæ condita summa,  
Ut quoniam stellæ septem læduntve, juvantve,  
Cardinibusque movet divina potentia Mundi: 90  
Sic felix aut triste venit per singula Fatum,  
Talis & illius fors est speranda negotii.

Hæc mihi solemni sunt ordine cuncta canenda,  
Et titulis signanda suis, rerumque figuris,  
Ut pateat positura operum, nomenque genusque. 95

Fortunæ fors prima data est: Hoc illa per artem  
Censetur titulo, quia præxima continet in se.

Fun-

Fundamenta domûs, domuique hærentia cuncta:  
 Qui modus in servis, qui sit concessus in arvis:  
 Quave datum magnas operum componere moles, 108  
 ( Ut vaga fulgentis concordant sidera Cæli. )

Post hæc militiæ locus est, qua quidquid in armis;  
 Quodque peregrinas inter versantibus urbes  
 Accidere assuevit, titulo comprehenditur uno.

Tertia ad urbanos statio est numeranda labores. 109  
 Hoc quoque militiæ genus est civilibus actis  
 Compositum, fideique tenet parentia vincla:  
 Format amicitias, & sæpe cadentia frustra  
 Officia, & cultus: contingant præmia quanta  
 Edocet, ( appositis Mundus cum consonat astris. ) 110

Judiciorum opus in quarto Natura locavit,  
 Fortunamque fori: fundentem verba patronum;  
 Pendentemque reum lingua: rostrisque loquentem  
 Impositum, & populo nudantem condita jura:  
 Atque expensa suâ solventem jurgia fronte, 115  
 Cum iudex vero nihil amplius advocat ipso.

Quidquid propositas inter facundia leges  
 Efficit, hoc totum partem concessit in unam,  
 Atque ( utcumque gerunt dominantia sidera ) paret.

Quintus conjugio gradus est per Signa dicatus, 120  
 Et socios tenet, & comites, atque hospitium unâ  
 Jungitur, & similes conjungens fœdus amicos.

In sexta dives numeratur copia sede,  
 Atque adjuncta salus rerum. Quarum altera, quanti  
 Contingant usus, monet: altera, quam diuturni. 125  
 ( Sidera ut inclinant vires, & templa gubernant. )

Septima censetur sævis horrenda periclis,  
 ( Si male subscribunt stellæ per Signa locatæ. )  
 Nobilitas tenet octavam, quâ constat honoris  
 Conditio, & famæ modus, & genus, & specioso 130  
 Gratia prætextu. Nonus locus occupat omnem  
 Natorum sortem dubiam, patriosque timores,  
 Omniaque infantum mixtâ nutritia turbâ,

Huic

Huic vicinus erit, vitæ qui continet ætum:

In quo servorum mores, & qualibus omnis 135  
Formetur domus exemplis; quoque ordine certo  
Ad sua compositi discedunt munera servi.

Præcipua undecimâ pars est in sorte locata,  
Quæ summam nostri semper, viresque gubernat:  
Quaque valetudo constat, nunc libera morbis, 140  
Nunc oppressa, ( movent ut Mundum sidera cumque )  
Non alia est sedes, tempusque genusve medendi  
Quæ sibi deposcat, vel cujus tempore præstet  
Auxilium, & vitæ succos miscere salubres.

Ultimus & totam concludens ordine Summam 145  
Rebus apiscendis labor est, qui continet omnes  
Votorum effectus; & quæ sibi quisque, suisque  
Proponit studia, atque artes, hæc irrita ne sint:  
Seu ferat officium nutus blanditus in omnes:  
Aspera sive foro per litem jurgia tentet, 150  
Fortunamve petat pelago, ventisque sequatur:  
Seu Cererem plenam, vincentemque horrea messem,  
Aut repetat Bacchum per pingua musta fluentem.  
Hac in parte dies atque hac momenta dabuntur,  
Si bene convenient stellæ per Signa sequentes. 155

Quarum ego posterius vires in utrumque valentes  
Ordine sub certo reddam, cum pandere earum  
Incipiam effectus. Nunc, ne permixta legentem  
Confundant, nudis satis est insistere membris,  
Et quoniam toto digestos orbe labores, 160  
Nominaque in numerum, viresque exegimus omnes,  
( Athla vocant Graii ) quæ cuncta negotia rerum  
In genera & partes bis sex divisa cohærent.

Nunc quibus ascendant Signis, quandoq; canendum est:  
Perpetuas neque enim sedes, eademque per omnes 165  
Sidera nascentes retinent: sed tempore mutant  
Nunc huc, nunc illuc Signorum mota per orbem,  
Incolumis tamen ut maneat qui conditus ordo est.

Ergo age, ne falsâ variet genitura figurâ,

E Si

Si sua quemque voles revocare ad fata laborem, 170  
Fortunæ perquire locum per sidera cuncta.

( Quæ prima pars est numero sic dicta sub Athlis. )

Qui tibi cum fuerit certa ratione repertus,  
Cætera prædicto subeuntibus ordine Signis  
Conjunges, teneant proprias ut singula sedes. 175  
Et ne forte vagus Fortunæ quærere sedem  
Incipias, duplicem certa ratione capesse.

Cum tibi nascentis percepto tempore forma  
Constiterit, Cæli stellis ad Signa locatis,  
Transverso Phœbus si Cardine celsior ibit, 180  
Qui tenet exortum, vel qui demergit in undas,  
Per tempus licet affirmes natum esse diei.

At si subjectis senis fulgebit in astris,  
Inferior dextrâ, lævâque tenentibus Orbem  
Cardinibus, noctis fuerit per tempora natus. 185

Hæc tibi cum fuerint certo discrimine nota,  
Tunc si forte dies nascentem exceperit alma,  
A Sole ad Lunam numerabis in ordine partes  
Signorum: ortivo totidem de Cardine duces,  
Quem bene partitis memorant Horoscopon astris. 190  
In quodcunque igitur numerus pervenerit astrum,  
Hoc da Fortunæ. Junges tunc cætera Signis  
Athla suis, certo subeuntibus ordine cunctis.

At cum obducta nigris nox Orbem texerit alis,  
Si quis erit qui tum maternâ cesserit alvo, 195  
Verte vias, sicut Naturæ vertitur ordo.

Consule tunc Phœben imitantem lumina fratris  
Semper, & in proprio regnantem tempore noctis.  
Quorque ab ea Phœbus partes, & Signa recedit,  
Tot numerare jubet fulgens Horoscopus a se. 200  
Hunc Fortuna locum teneat, subeuntibus Athlis,  
Ordine Naturæ sicut sunt cuncta locata.

Forſitan & quæras agili rem corde notandam,  
Qua ratione queas, in tali tempore nati,  
Exprimere immenso surgentem Horoscopon orbe. 205  
Quod



Quod nisi subtili visum ratione tenetur,  
 Fundamenta ruunt artis, nec consonat ordo.  
 Cardinibus quoniam falsis, qui cuncta gubernant,  
 Mentitur faciem Mundus, nec constat origo,  
 Flexaque momento variantur sidera templi. 210  
 Sed quanta effectu res est, tam plena laboris,  
 Cursibus æternis Mundum per Signa volantem,  
 Ut totum lustret curvatis arcubus orbem,  
 Expressere, & vultus ejus componere certos,  
 Ac tantæ molis minimum deprendere punctum. 215  
 Quæ pars exortum, vel quæ fastigia Mundi,  
 Aut ferat Occasus, aut imo federit Orbe.

Nec me vulgatæ rationis præterit ordo,  
 Quæ binas tribuit Signis surgentibus horas,  
 Et paribus spatiis æqualia digerit astra, 220  
 Ut parte ex illa, qua Phœbi cæperit orbis,  
 Discedat numerus, summamque accomodet astris,  
 Donec perveniat nascentis tempus ad ipsum;  
 Atque ubi substiterit, Signum dicatur oriri.

Sed jacet obliquo Signorum circulus orbe, 225  
 Atque alia inflexis oriuntur sidera membris:  
 Ast illis magis est rectus surgentibus ordo,  
 Ut propius nobis aliquod, vel longius astrum est.  
 Vix finit luces Cancer, vix Bruma reducit: 229  
 Quam brevis illa jacet, tam longus circulus hic est.  
 Libra Ariesque parem reddunt noctemque diemque.  
 Sic media extremis pugnant, extremaque summis.  
 Nec nocturna minus variant, quam tempora lucis.  
 Sed tantum adversis idem stat mensibus ordo.

In tam dissimili spatio, variisque dierum 235  
 Umbrarumque modis, quis possit credere in auras  
 Omnia Signa pari Mundi sub lege meare?  
 Adde, quod incerta est horæ mensura, neque ullum  
 Altera pars sequitur: sed sicut summa dierum  
 Vertitur, & partes surgunt, rursusque recedunt. 240  
 Cum tamen in quocunque dies deducitur astro,

Sex habeat supra terras, sex Signa sub illis.  
 Quo fit ut in binas non possint omnia nasci,  
 Cum spatium non sit tantum pugnantibus horis,  
 Si modo bis fenæ servantur luce sub omni. 245  
 Quem numerum debet ratio, sed non capit usus.  
 Nec tibi constabunt aliter vestigia veri,  
 Ni lucem noctemque pares dimensus in horas,  
 In quantum vario pateant sub tempore, nôris;  
 Regulaque exactas primum formetur in horas, 250  
 Quæ segnemque diem, segnes perpendat & umbras.  
 Hæc erit in Libra, cum lucem vincere noctes  
 Incipiunt, vel cum medio concedere Vere.  
 Tunc etenim solum bis senas tempora in horas  
 Æqua patent, medio quod currit Phœbus Olympo. 255  
 Hic cum per gelidas hiemes, summotus in Austros,  
 Fulget in octava Capricorni parte biformis,  
 Tunc angusta dies vernalet fertur in horas  
 Dimidiam atque novem. Sed nox oblita diei  
 Bis septem appositâ numerus ne claudicet horâ 260  
 Dimidiâ. Sic in duodenas exit utrinque  
 Et redit in solidum Naturæ condita summa.  
 Inde cadunt noctes, surguntque in tempora lucés,  
 Donec ad ardentis pugnarint sidera Cancri.  
 Atque ibi, conversis vicibus, mutantur in horas 265  
 Brumales, noctemque dies, lucemque tenébræ  
 Hibernam referunt, alternaque tempora vincunt,  
 Nunc huc nunc illuc gradibus per sidera certis  
 Impulsæ; quarum ratio manifesta per artem  
 Collecta est, venietque suo per carmina textu. 270  
 Atque hæc est illas demum mensura per oras,  
 Quas rigat æstivis gravidus torrentibus amnis  
 Nilus, & erumpens imitatur sidera Mundi  
 Per septem fauces, atque ora fugantia pontum.  
 Nunc age, quot stadiis & quanto tempore surgant 275  
 Sidera, quotve cadant, animo cognosce sagaci,  
 Ne magna brevibus careant compendia dictis.

No-

Nobile Lanigeri sidus, quod cuncta sequuntur,  
 Dena quater stadia exoriens: duplicataque ducit,  
 Cum cadit; atque horam furgens, ejusque trientem 280  
 Occupat, occiduus geminat. Cum cætera Signa  
 Oëtonis crescunt stadiis orientia in Orbem;  
 Et totidem amittunt gelidas vergentia in umbras,  
 Hora novo crescit per singula Signa quadrante,  
 Tertiaque in quantas partes inducitur ejus. 285

Hæc sunt ad Libræ sidus surgentibus astris  
 Incrementa. Pari momento damna trahuntur,  
 Cum subeunt Orbem; rursusque a sidere Libræ,  
 Ordine mutato, paribus per tempora versa  
 Momentis redeunt. Nam per quot creverat astrum 290  
 Lanigeri stadia, aut horas, tot Libra recedit.  
 Occiduus Aries spatium, tempusque cadendi,  
 Quod tenet, in tantum Chelæ consurgere perstant.  
 Ejus in exemplum se Signa sequentia vertunt.

Hæc ubi constiterint vigilantibus condita mente, 295  
 Jam facile est, si quandoque horoscopat astrum,  
 Noscere, cum liceat certis surgentia Signa  
 Ducere temporibus, propriisque ascribere in horas  
 Partibus, ut ratio Signis ducatur ab illis, 299  
 In quæ Phœbus erit, quorum mihi reddita summa est.

Illæ etiam poterit nascens via ducere ad astrum,  
 Quod quandoque vadis emissum redditur Orbi.  
 Nam quota sit lucis, si luce requiritur hora,  
 Aspicias; atque hunc numerum revocabis in ipsum  
 Multiplicans decies, adjectis insuper eidem 305  
 Quinque tamen summis. Quia qualicumque sub hora  
 Ter quinas Mundi se tollunt sidera partes.  
 Hic ubi constiterit numerus, conjungere & illas,  
 Quæ superent Phœbo, partes per Signa memento.  
 Ex hac tricenæ summæ per sidera partes 310  
 Distribues; primamque vicem, quo Phœbus in astro  
 Fulserit: hinc alijs, Solem quæcumque sequuntur.  
 Tum quo subsistet numerus, consumtus in astro,

E 3

Qua-

Quave in parte suam summam, momeñve relinquet,  
 Hæc erit exoriens & pars & forma. Per ignes 315  
 Continua partes. Ubi summam feceris unam,  
 Tricenas dabis ex illa per singula Signa,  
 Donec deficiat numerus, quaque illa sub astri  
 Parte cadet, credas illam cum corpore natam  
 Esse hominis, pariterque Orbem vidisse per ignes. 320  
 Sic erit ipse tibi rapidis quærendus in astris  
 Natalis Mundi, certoque Horoscopus ortu,  
 Ut cum ex hoc sedes steterit sub Cardine primo,  
 Fallere non possit summi fastigia Cæli  
 Signifer obliquus: stent fundamenta sub Imo: 325  
 Stent veri stellarum ortus, verique subortus:  
 Denique ut in proprias vires sortisque recedant.

Sed neque per terras omnes mensura dierum  
 Umbrarumque eadem est; simili nec tempora summa  
 Mutantur. Modus est varius. Ratione sub una 330  
 Nunquam Phryxæi ducuntur vellera Signi,  
 Chelarumque fides, justæque examina Libræ,  
 Omnia confurgunt binas si Signa per horas.

Qua medius recto præcingitur ordine Mundus  
 Aequalisque super transversum vertitur axem, 335  
 Illic perpetua junguntur pace diebus  
 Obscuræ noctes: æquo stat fœdere tempus:  
 Nec manifesta patet falsi fallacia Mundi,  
 Et similis simili toto non vertitur ævo:  
 Omnibus Autumnus Signis: Ver omnibus unum: 340  
 Una quod æquali lustratur linea Phœbo.  
 Nec refert tunc quo Phœbus decurrat in astro:  
 Littoreumve coquat Cancrum, contrave feratur  
 Sideribus: mediis an quæ sint quattuor inter.  
 Quod quanquam per tres Signorum circulus arcus 345  
 Obliquus jaceat, recto tamen ordine zonæ  
 Confurgunt, supraque caput, terrasque feruntur;  
 Et paribus spatiis per singula lustra resurgunt:  
 Et bene diviso Mundus latet orbe, patetque.

At

At simul ex illa terrarum parte recedas, 350  
 Quidquid ab extremo temet præverteris axe,  
 Per convexa gradus gressum vestigia terræ,  
 Quam teretis Natura soli decircinat orbem  
 In tumidum, & mediam Mundo suspendit ab omni:  
 Ergo ubi confides, Orbem scandensque rotundum 355  
 Digrediere, simul fugiet pars altera terræ,  
 Altera reddetur. Sed quantum inflexerit Orbis,  
 Tantum inclinabit Cæli positura volantis;  
 Et modo quæ fuerunt surgentia limite recto  
 Sidera, curvato ducuntur in æthera tractu: 360  
 Atque erit obliquus Signorum balteus orbe,  
 Qui transversus erat spatio, quando illius una est,  
 Nostræ mutantur sedes. Ergo ipsa moveri  
 Tempora jam ratio cogit, variosque referre  
 Sub tali regione dies, cum sidera flexo 365  
 Ordine conficiant cursus obliqua malignos;  
 Longius atque aliis aliud, propiusve recumbat.

Pro spatio mora magna datur. Quæ proxima nobis  
 Consurgunt, longos Cæli visuntur in orbes:  
 Ultima quæ effulgent, cæcis merguntur in umbris. 370  
 Et quanto ad gelidas propius quis venerit Arctos,  
 Tam magis officiunt oculis brumalia Signa,  
 Vixque ortus occasus erit: si longius inde  
 Procedas, totis condentur singula membris,  
 Tricenasque trahent connexo tempore noctes, 375  
 Et totidem luces adiment. Sic parva dierum  
 Efficitur mora, & attritis consumitur horis,  
 Paulatimque perit statio fulgentibus astris,  
 Pluraque per partes subrepto tempore Signa  
 Terræ quæruntur medio celata tumore, 380  
 Adducentque simul Phœbum, texentque tenébras,  
 Mensibus creptis donec sit debilis annus.

Si vero Natura sinat sub vertice Cæli,  
 Quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis,  
 Æternas superare nives, Orbemque rigentem 385

Prona Lycaoniae spectantem membra puellae,  
 Stantis erit Caeli species: laterumque meatus  
 Turbinis in morem recta vertigine currit.  
 Inde tibi obliquo sex tantum Signa patebunt  
 Circuitu, nullos unquam fugientia visus, 390  
 Sed teretem acclivi Mundum comitantia semper.  
 Hic erit una dies per senos undique menses,  
 Dimidiumque trahens contextis lucibus annum,  
 Numquam erit occiduus quod tanto tempore Phœbus,  
 Dum bis terna suis perlustrat cursibus astra: 395  
 Sed circumvolitans recto versatur ab orbe.

At simul e medio præceps descenderit Orbe,  
 Inferiora petens dejecto sidera cursu,  
 Et dabit in pronum laxas effusus habenas,  
 Per totidem menses junget nox una tenebras. 400  
 Vertice sub Caeli nam quisquis spectat ab omni,  
 Dimidium e toto Mundum videt orbe rotundo:  
 Pars latet inferior. Neque enim circumvenit illum  
 Recta acies, mediaque tenuis distinguitur alvo.  
 Effugit ergo oculos summo spectantis ab Orbe, 405  
 Dum sex submersis vectatur Phœbus in astris;  
 Adducitque simul luces, tenebrasque relinquit,  
 Sideribus donec totidem, quot mensibus actis,  
 Cesserat unde, redit; geminasque ascendit ad Arctos.  
 Hic locus in binas annum noctesque diesque 410  
 Per duo partitæ dirimit divortia terræ.

Et quoniam, quanto variantur tempora motu,  
 Et quibus e causis, dictum est; nunc accipe, Signa  
 Quot surgant in quoque loco, cedantque per horas,  
 Partibus ut preñdi possint orientia certis, 415  
 Ne falsus dubia ratione Horoscopus erret.

Atque hoc in totum certa sub lege sequendum est,  
 Singula quod nequeant per tot distantia motus  
 Temporibus, numerisque suis exacta referri,  
 A me sumat iter positum sibi quisque, sequatur, 420  
 Perque suos tendat gressus, mihi debeat artem.

Qua-

Quacumque hoc parte terrarum quisque requirat,  
 Deducat proprias noctemque diemque per horas,  
 Maxima sub Cancro minimis quæ cingitur umbris:  
 Et sextam summæ, fuerit quæ forte, diurnæ 435  
 Vicino tribuat post Canceri templa Leoni.  
 At quæ nocturnis fuerit mensura tenébris,  
 In totidem partes simili ratione secanda est,  
 Ut quantum una ferat, tantum tribuatur ad ortus  
 Temporis adverso nascenti fidere Tauro. 430  
 Has inter, quasque accipiet Nemeæus horas,  
 Quod discrimen erit, per tres id divide partes,  
 Tertia ut accedat Geminis, quæ tempora Tauro  
 Vinciât; atque eadem Cancro; similisque Leoni.  
 Sic erit ad summam ratio perducta priorem, 435  
 Quomodo divisus Nemeæus duxerit horis.  
 Inde pari Virgo procedat temporis auctu,  
 Sed certâ sub lege, prioris semper ut astri  
 Incolumem servet summam; crescensque novando.

His usque ad denas horarum partibus auctis 440  
 Per totidem a Libra decrescent sidera partes.  
 Et quantis in utrumque modis tollentur ad ortus,  
 Diversam in sortem tantis mergentur in umbras.

Hæc erit horarum ratio ducenda per Orbem,  
 Sidéra ut in stadiis orientur quæque, cadantque, 445  
 Quæ bis ter centum numeris, vicensque constant.  
 Detrahitur summæ tota pars, quota demitur inde  
 Omnibus ex horis, æstivæ nomine noctis  
 Solstitium summo peragit cum Phœbus Olympo.  
 Quodque his exsuperat demtis, id didito in æquas 450  
 Sex partes; sextamque ardenti trade Leoni.  
 Rursus qui steterit numerus sub nomine noctis,  
 Ejus erit Signo Tauri pars sexta dicanda.  
 Quodque hanc exsuperat partem, superatur ab illa,  
 Distinguitque duas medio discrimine summas: 455  
 Tertia pars ejus numero superaddita Tauri,  
 Traditur & Geminis. Simili tunc cætera lucro  
 Pro-

Procedunt numeros semper tutata priores,  
 Augebuntque novo vicinas momine summas,  
 Donec perveniant ad justæ tempora Libræ. 460

Ex illa totidem per partes sic breviantur  
 Lanigeri ad fines: conversaque momina legem  
 Accipiunt, perduntque pares cedentia sortes.

Hæc via monstrabit stadiorum ponere summas,  
 Et numerare suos ortus per sidera cuncta. 465

Quod bene cum propriis simul acceptaveris horis,  
 In nulla fallet regione Horoscopus unquam,  
 Cum poterunt certis numerari singula Signa  
 Temporibus parte ex illa quam Phœbus habebit.

Nunc quibus hiberni momentis surgere menses 470  
 Incipiant (neque enim paribus per sidera cuncta  
 Procedunt gradibus, nivei dum vellera Signi  
 Contingunt, æquum lucas cogentia & umbras  
 Fere jugum), magna est ratio breviterque docenda.

Principio capienda tibi est mensura diei, 475  
 Quam minimam Capricornus agit; noctisque per horas  
 Quam summam. Quoque ab justo superaverit umbra,  
 Et trepident lucas, ejus pars tertia. Signo

Tradenda est medio semper: qua sorte retenta  
 Dimidio vincat primum, vincatur & ipsum 480  
 Extremo. Totum in partes sic digere tempus.

His opibus tria Signa valent, sed summa prioris  
 Accedit numeri conjuncta sequentibus astris.

Cesserit ut, ternis fuerit si longior horis  
 Brumali nox forte die, Capricornus ut hora 485

Dimidia attollat lucas; & Aquarius horam  
 Ipse suam proprie ducat, summæque priori  
 Adjungat; Pisces tantum sibi temporis ipsi  
 Constituant, quantum accipiant de sorte priorum.

Et tribus expletis horis noctemque diemque 490  
 Lanigero tradunt æquandam tempore Veris.

Incipit a sexta tempus procedere parte  
 Dividuum: duplicant vires hærentia Signa,

Ulti,



Ultimaque acceptas triplicant. Ita summa diebus  
 Cedere diversa labentia tempora lege. 495  
 Jamque Aries totidem deducit noctibus horas,  
 Quot prius abstulerant proprio sub nomine Pisces.  
 Hora datur Tauro; cumulentque ut damna priora,  
 Dimidiam adjungunt Gemini. Sic ultima primis  
 Redditur. Æquatæ solvuntur scœnore noctes. 500  
 \* \* \* \* \*

Hac vice discedunt noctes a sidere Brumæ,  
 Tollunturque dies, annique invertitur orbis,  
 Solstitium tardi cum sit sub sidere Cancri;  
 Tuncque diem Brumæ nox æquat: tempora noctis  
 Longa dies: similique redit, quam creverat, actu. 505

Nunc sua reddentur generatim tempora Signis,  
 Quæ divisa etiam proprios ducuntur in annos,  
 Et menses, luceſque ſuas, horaſque dierum,  
 Per quos præcipuas oftendunt ſingula vires.

Primus erit Signi, quo Sol effuſerit annus, 510  
 Annum quod luſtrans conſumat tempora Mundi.  
 Proximus atque alii ſubeuntia Signa ſequuntur.

Luna dabit menses, peragit quod menſtrua curſum.  
 Tutelæque ſuz primas Horoſcopus horas  
 Aſſerit, atque dies, traditque ſequentibus aſtris. 515

Sic annum, menſeſque ſuos Natura, dieſque,  
 Atque ipſas voluit numerari Signa per horas,  
 Omnia ut omne foret diviſum tempus in aſtra;  
 Perque alterna ſuos variaret ſidera motus,  
 Ut cujuſque vices ageret redeuntis in orbem. 520

Idcirco tanta eſt rerum diſcordia in ævo,  
 Et ſubtexta malis bona ſunt, lacrimæque ſequuntur  
 Vota, nec in cunctis ſervat Fortuna tenorem:  
 Uſque adeo permixta fluit, nec permanet uſquam:  
 Amiſitque fidem variando cuncta per omnes. 525

Non annis anni, non menſes menſibus uſque  
 Conveniunt, ſeque ipſe dies, aliumque requirit,  
 Horaque non ulli ſimilis perducitur hora.

Tem-

Tempora quod sistant propriis parentia Signis,  
 Per numeros omnes ævi divisa volant; 530  
 Talesque efficiunt menses, casusque minantur,  
 Qualia sunt, quorum vicibus convertimur, astra.

Sunt quibus, ut Cæli pateat nascentis ab horæ  
 Sidere, quem memorant, Horoscopus inventuris  
 ( Parte quod ex illa describitur hora diebus ) 535  
 Omne genus rationis agi per tempora & astra,  
 Et capite ex uno menses, annosque diesque  
 Incipere, atque horas, tradique sequentibus astris;  
 Et, quamquam socia nascantur origine cuncta,  
 Diversas tamen esse vices, quod tardius illa, 540  
 Hæc citius peragunt orbem. Venit omnis ad astrum  
 Hora die bis; mense dies: semel unus in anno  
 Mensis; & exactis bis sex jam Solibus annus.

Difficile est in idem tempus concurrere cuncta,  
 Unius ut Signi pariter sit mensis & annus. 545  
 Asperiores ut agat mensem, si mensis in astrum  
 Latius inciderit: Signum sit triste diei,  
 Si Fortuna diem foveat, sit durior hora.  
 Idcirco nihil in totum sibi credere fas est,  
 Non annos Signis, menses vertentibus annis, 550  
 Mensibus aut lucas, aut omnes lucibus horas;  
 Quod nunc illa nimis properant, nunc illa morantur,  
 Et modo deest aliud, modo adest, vicibusque recedit,  
 Aut redit, atque alio mutatur tempore tempus  
 Interpellatum variatâ sorte dierum. 555

Et quoniam dixi per singula tempora vitæ,  
 Quod quandoque genus venit, cuiusque sit astri  
 Quisque annus, cuius mensis, simul hora, diesque:  
 Altera nunc ratio, quæ summam continet ævi,  
 Reddenda est; quot quæque annos dare Signa feruntur.  
 Quæ tibi cum finem vitæ per sidera quæris, 560  
 Respicienda manet ratio, numerisque notanda.

Bis quinos annos Aries, unumque triente  
 Fraudatum dabit. Appositis, tu, Taure, duobus  
 Vincis:

Vincis: sed totidem Geminorum vinceris astro. 565  
 Tuque bis octavos, Cancer, binosque trientes:  
 Bisque novem, Nemeæ, dabis, bessemque sub illis.  
 Erigone geminatque decem, geminatque trientem.  
 Nec plures fuerint Libræ, quam Virginis anni.  
 Scorpius æquabit tribuentem dona Leonem. 570

Centauri fuerint eadem, quæ munera Cancri.  
 Ter quinos, Capricorne, dares, si quattuor essent  
 Appositi menses. Triplicabit Aquarius annos  
 Quattuor, & menses vitam producit in octo.  
 Pisces ac Aries & sorte & finibus hærent: 575  
 Lustra decem tribuent Solis cum mensibus octo.

Nec fatis est annos Signorum noscere certos;  
 Ne lateat ratio finem quærentibus ævi,  
 Tempa quoque & partes Cæli sua munera norunt,  
 Et proprias tribuunt certo discrimine summas, 580  
 Cum bene constiterit stellarum conditus ordo.

Sed mihi Templorum tantum nunc jura canentur:  
 Mox veniet mixtura suis cum viribus omnis;  
 Cum bene materies fuerit præcognita rerum,  
 Non interpositis turbabitur undique membris. 585

Si bene constiterit primo sub Cardine Luna,  
 Quo redit in terras Mundus, nascentisque tenebit  
 Exortum, octonos decies ducetur in annos,  
 Si duo decedant. At cum sub Culmine summo  
 Consistet, tribus hic numerus fraudabitur annis, 590  
 Bis quadragenis Occasus dives in actu  
 Solis erit, numero nisi deesset Olympias una.  
 Imaque tricenos bis fundamenta per annos  
 Censentur, bis sex adjectis mensibus anno.

Quodque prius natum fuerit dextrumque Trigonum,  
 Hoc sexagenos tribuit, duplicatque quaternos. 596  
 Quod fuerit lævum, prælataque Signa sequetur,  
 Tricenos annos duplicat, tres insuper addit.  
 Quæque super Signum nascentis hoc ordine primum  
 Tertia forma est, & summo jam proxima Cælo, 600  
 Hæc

Hæc ter vicanos geminat, tres attrahit annos.  
 Quæque infra veniet spatia divisa sub æquo,  
 Per quinquagenas complet sua munera brumas.  
 Quemque locum superat nascens Horoscopus, ille  
 Dena quater revocat vertentis tempora Solis, 605  
 Accumulatque duos cursus, juvenemque relinquit.  
 At qui præcedit surgentis Cardinis horam,  
 Vicanos ternosque dabit nascentibus annos,  
 Vix degustatam rapiens sub flore juventam.  
 Quod super Occasus est templum, dena remittit 610  
 Annorum spatia, & decimam tribus applicat auctis.  
 Inferius puerum interimet, bis sexque peractis  
 Immatura trahet natalis corpora morbus.

Sed tamen inprimis memori sunt mente notanda,  
 Partibus adversis quæ surgunt condita Signa, 615  
 Divisumque tenent æquo discrimine Cælum,  
 Quæ Tropica appellant, quod in illis quattuor anni  
 Tempora vertuntur Signis, nodosque resolvunt,  
 Totumque emittunt converso Cardine Mundum,  
 Inducuntque novas Operum Rerumque figuras. 620

Cancer ad Æstivæ fulget fastidia Zonæ,  
 Extenditque diem summum, parvoque recessu  
 Destruit, ut, quanto fraudavit tempore lucas,  
 In tantum noctes auge scat summa per omnes.  
 Tum Cererem fragili properat distinguere culmo 625  
 Campus, & in varias dstringunt membra palæstras:  
 Et tepidum Pelagus sedatis languet in undis.  
 Tunc & bella fero tractantur Marte cruenta;  
 Nec Scythiam defendit hiems: Germania sicca  
 Jam tellure fugit; Nilusque tumescit in arva. 630  
 Hic rerum status est, Cancris cum fidere Phœbus  
 Solstitium facit, & summo versatur Olympo.

Parte ex adversa Brumam Capricornus inertem  
 Per minimas cogit lucas, & maxima noctis  
 Tempora, producitque diem, tenebrasque resolvit, 635  
 Inque vicem nunc damna facit, nunc tempora supplet.  
 Tunc

Tunc riget omnis ager: clausum mare: condita castra.  
Nec tolerant medias hiemes sudantia saxa.

Statque uno Natura loco: paulumque quiescit.

Proxima in effectu similes referentia motus 640

Esse ferunt, noctes æquantia Signa diebus.

Namque Aries Phœbum repetentem sidera Cancri

Inter principium reditus, finemque coërcet,

Tempora diviso jungens concordia Mundo:

Convertitque vices, victumque ad sidera Brumæ 645

Exsuperare diem jubet, & succumbere noctes,

Æstivi donec veniant ad sidera Cancri.

Tum primum miti pelagus consternitur unda;

Et varios audet flores emittere tellus.

Tunc pecudum, volucrumque genus per pabula læta 650

In Venerem partumque ruit; totumque canora

Voce nemus loquitur, frondemque virefcit in omnem.

Viribus in tantum segnis Natura movetur.

Huic ex adverso simili cum sorte refulget

Libra diem noctemque pari cum fœdere ducens, 655

Tantum quod victas usque ad se vincere noctes

Ex ipsa jubet ad Brumam, cum tempora vincunt:

Tunc Liber gravis descendit plenus ab ulmo,

Pinguiæque expressis despumant musta racemis:

Mandant & sulcis Cererem, dum terra tepore 660

Autumni resoluta patet, dum semina ducit.

Quattuor hæc & in arte valent, & tempora vertunt:

Sic hos atque illos rerum flectentia casus,

Nec quidquam in primâ patientia sede manere.

Sed non per totas æqua est versura figuras, 665

Omnia nec plenis vertuntur sidera Signis.

Una dies sub utroque æquat sibi tempore noctem;

Nam Libra atque Aries Autumnum Verque figurant.

Una dies toto Cancri longissima Signo,

Cui nox æqualis Capricorni fidere fertur. 670

Cætera nunc urgent vicibus, nunc tempora cedunt.

Una ergo in Tropici pars est cernenda figuris,

Quæ

Quæ moveat Mundum; quæ rerum tempora mutet;  
 Fata novet; consulta alios declinet in usus;  
 Nomina in adversum flectat; rursusque resolvat. 675  
 Has quidam vires octava in parte reponunt.  
 Sunt quibus esse placet decimâ. Nec defuit auctor  
 Qui primæ momenta daret, frenosque dierum.



MAR-



M A R C I  
M A N I L I I  
ASTRONOMICON.  
LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM.



REMISSO proœmio de variis hominum curis in opibus comparandis, quasi victuros agerent semper, I. Variis argumentis probat & asserit Fatum, Fatique rationem immutabilem, e qua pendeant & opes & artes, & mores, & vita morsque hominis. II. Quae studia, quos mores,

quasve artes sub se natis quæque Signa tribuant, eleganti carminum serie recenset, docetque sub Ariete nasci lanifices, vestiarios, & mercatores eos qui quasi lucrum inter & damnum perpetuo sint; similiter & timidos, & inconstantes, & laudibus venales homines. Sub Tauro creari vult agricolas, laudis amatores, taciturnos, robustos, & Cupidinem ipsum sub fronte gerentes. Sub Geminis vero muscos, cantores, hilares, & Astronomos. Sub Cancro foeneratores, & lucri cupidos. Sub Leone,

F

vena-

venatores, ferarum confectores, minime dolosos, ad iram pronos, sed placari faciles. Sub Virgine doctos, oratores, scribas, notarios, moderatos in utroque genere virtutis & vitii. Sub Libra mensores, ponderatores, calculones, jurisperitos, legislatores, legum interpretes, praetores & iudices. Sub Scorpione bellicosos, venatores etiam, gladiatores, & quos belli simulacra ludique delectant. Sub Sagittario rhedarios, equorum dormitores, mansuetarios, acuta mente viros, atque corpore robustos & veloces. Sub Capricorno fusores, conflatores, artifices, fabros, ferrarios, metallarios, pistores, vestium institores, inconstantes etiam animos, & per juventutem Venèri deditos. Sub Aquario creari putat eos qui dubiis aquarum, expressionibus, elcibus, & naumachiae studeant; & dociles, ac prodigos. Sub Piscibus denique nautas, naucleros, remiges, prole facundos, & animo leves.

III. Decanorum rationem omnem per duodecim quæque Zodiaci Signa rite explicat. IV. Recenset quæ cuiusque Signi partes noxiæ sint, quæve salubres. V. Docet, sub primis Signorum ortibus varios oriri partas ab iis qui sub totis Signis oriuntur: cuius rei censum agit integrum. VI. Totius Orbis terratum & aquatum descriptionem exactam instituit, notatque quas terre regiones sibi quæque Signa in tutelam vendicant. VII. Docet quæ Signa dicantur Eccliptica, & qua ratione suos patiantur labores ac defectus. VIII. Proponit objectionem, quæ contra hanc siderum notitiam fieri solet, quasi vis animi sit impar his rebus caelestibus, atque minor quam ut & Calorum faciem, & interiora jura possit percipere. Hanc autem validis argumentis, ac præclaris comparationibus solvit.





## MARCI MANILII

## ASTRONOMICON.

## LIBER QUARTUS.



UID tam sollicitis vitam consumimus annis?

Torquemurque metu, cæcæque cupidine rerum?

Æternisque senes curis, dum quærimus ævum,

Perdimus, & nullo votorum fine beati

Victuros agimus semper, hec vivimus unquam? 9

Pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit;

Nec quod habet, numerat: tantum quod non habet, optat?

Cumque sui parvos usus Natura reposcat,

Materiam struimus magnæ per vota ruinæ;

Luxuriamque lucris emimus, luxuque rapinas; 10

Et summum census pretium est effundere censum?

Solvite, mortales, animos, curasque levate,

Totque supervacuis vitam deplete querelis.

Fata regunt Orbem, certa stant omnia lege:

Longaque per certos signantur tempora casus. 15

Nascentes morimur, finisque ab origine pender.

Tunc & opes & regna fluunt, & sæpius orta

Paupertas, artesque datæ, moresque creati,

Et vitia, & clades, damna & compendia rerum.

Nemo caret damno, poterit nec habere negatum; 20

Fortunamve suis invitam prendere votis,

Aut fugere instantem. Sors est sua cuique ferenda.

An nisi Fata darent leges vitæque necisque,

Fugissent ignes Æneam? Troja sub uno

Non everfa viro satis vicisset in ipsis? 25

F 2.

Aut

Aut Lupa projectos nutrisset Martia fratres?  
 Romaque sic enata foret, pecudumque magistri  
 In Capitolinos auxissent culmina montes,  
 Include sua potuisset Juppiter arce?  
 Captus & a captis Orbis foret? igne sepulto 30  
 Vulneribus victor repetisset Mutius Urbem?  
 Solus & oppositis clausisset Horatius armis  
 Pontem Urbemque simul? rupisset foedera Virgo?  
 Tresque sub unius fratres virtute jacerent?  
 Nulla acies vicit tantum. Pendebat ab uno 35  
 Roma viro, regnumque Orbis fortita jacebat.

Quid referam Cannas, admotaque moenibus arma?  
 Varronemque pigrum magnum, quod vivere posset?  
 Postque tuos, Thrasymene, lacus? Fabiumque morantem?  
 Accepisse jugum victas Carthaginis arces? 40  
 Speratum Hannibalem nostris cecidisse catenis,  
 Exsiliumque rei furtiva morte luisse?

Adde etiam vires Italas, Romamque fuisset  
 Pugnantem membris. Adice & civilia bella;  
 Et Cimbrum in Mario, Mariumque in carcere victum;  
 Quod Consul toties, exsulque, ex exfule Consul; 46  
 Et jacuit Libycis compar jactura ruinis,  
 Eque crepidinibus cepit Carthaginis urbem.  
 Hoc nisi Fata darent, nunquam Fortuna tulisset.  
 Quis te Niliaco periturum littore, Magne, 50  
 Post victas Mithridatis opes, pelagusque receptum,  
 Et tres emenso meritos ex Orbe triumphos,  
 Cum jam etiam posses alium cognoscere magnum,  
 Crederet, ut corpus sepeliret naufragus ignis,  
 Ejectæque rogum facerent fragmenta carinae? 55  
 Quis tantum mutare potest sine Numine Fati?

Ille etiam Cælo genitus, Cæloque receptus,  
 Cum bene compositis victor civilibus armis  
 Jura togæ regeret, toties prædicta cavere  
 Vulnera non potuit, toto spectante Senatu, 60  
 Indicium dextra retinens, nomenque cruore

De-

Delevit proprio, possent ut vincere Fata.

Quid numerem everfas urbes, Regumque ruinas?  
Inque rogo Cræsum, Priamumque in littore truncum,  
Cui nec Troja rogos? quid Xerxem, majus & ipso 65  
Naufragium pelago? quid capto sanguine Regem  
Romanis positum? raptosque ex ignibus ignes,  
Cedentemque viro flammam, qui templa ferebat?

Quot subitæ veniunt validorum in corpore mortes?  
Seque ipsæ rursus fugiunt, errantque per ignes? 70  
Ex ipsis quidam elati rediere sepulchris:  
Atque his vita duplex, illis vix contigit una:  
Ecce levis perimit morbus, graviorque remittit;  
Succumbunt artes, rationis vincitur usus;  
Cura nocet, cessare juvat: mora sæpe malorum 75  
Dat caussas: læduntque cibi, parcuntque venena.

Degenerant nati patribus, vincuntque parentes,  
Ingeniumque suum retinent: transitque per illum,  
Ex illo Fortuna venit: furit alter amore,  
Et Pontum tranare potest, & vertere Trojam: 80  
Alterius fors est scribendis legibus apta:  
Ecce patrem nati perimunt, natosque parentes:  
Mutuaque armati cœunt in vulnera fratres.  
Non nostrum hoc bellum est: coguntur tanta moveri:  
Inque suas ferri pœnas, lacerandaque membra. 85

Quod Decios non omne tulit, non omne Camillos  
Tempus, & invictum devicta morte Catonem,  
Materies in rem superat, sed lege repugnat.

Et neque paupertas breviores excipit annos:  
Nec sunt immensis opibus venalia Fata: 90  
Sed rapit ex sceptro funus Fortuna superbo,  
Inducitque rogam summis statuitque sepulchrum.  
Quantum est hoc regnum, quod Regibus imperat ipsis!

Quin etiam infelix virtus, & noxia felix:  
Et male consultis pretium est; prudentia fallit: 95  
Nec Fortuna probat caussas, sequiturque merentes,  
Sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur.

Scilicet est aliud, quod nos cogatque regatque,  
 Majus & in proprias ducat mortalia leges,  
 Attribuatque suos ex se nascentibus annos, 100  
 Fortunæque vices. Permiscet sæpe ferarum  
 Corpora cum membris hominum; non seminis ille  
 Partus erit, (quid enim nobis commune ferisque?  
 Quisve in portenti noxam peccarit adulter?)  
 Astra novant formas, Cælumque interserit ora. 105

Denique si non est Fati, cur traditur, ordo?  
 Cunctaque temporibus certis ventura canuntur?  
 Nec tamen hæc ratio facinus defendere pergit,  
 Virtutemve suis fraudare in præmia donis.  
 Nam neque mortiferas quisquam minus oderit herbas, 110  
 Quod non arbitrio veniunt, sed semine certo:  
 Gratia non levior tribuetur dulcibus escis,  
 Quod Natura dedit fruges, non ulla voluntas.  
 Sic hominum menti tanto fit gloria major,  
 Quod Cælo gaudente venit; rursusque nocentes 115  
 Oderimus magis in culpam pœnasque creatos.  
 Nec refert, scelus unde cadat: scelus esse fatendum.  
 Hoc quoque fatale est sic ipsum expendere Fatum.

Quod quoniam docui, superest nunc ordine certo  
 Cælestes fabricare gradus, qui ducere flexo 120  
 Tramite prudentem valeant ad sidera Vatem.

Nunc tibi Signorum mores, summumque colorem,  
 Et studii varias artes ex ordine reddam.

Dives fœcundis Aries in vellera lanis,  
 Exutusque novis rursus spem semper habebit: 125  
 Naufragiumque inter subitum censusque beatos  
 Crescendo cadet, & natis in damna feretur;  
 In jugulumque dabit fructus, & mille per artes  
 Vellera diversos ex se parientia quæstus:  
 Nunc glomerare rudes, nunc rursus solvere lanas, 130  
 Nunc tenuare levi filo, nunc ducere telas,  
 Nunc emere, & varias in quæstum vendere vestes,  
 Quis sine non poterant ullæ subsistere gentes,

Vel

Vel sine luxuria; tantum est opus! ipsa suismet  
 Afferuit Pallas manibus, dignumque putavit, 135  
 Seque in Arachnea magnum putat esse triumphum.  
 Hæc studia & similes ducet nascentibus artes,  
 Et dubia in trepido præcordia pectore finget,  
 Seque suâ semper cupientia vendere laude.

Taurus simplicibus donabit rura colonis, 140  
 Pacatisque labor veniet: nec præmia laudis,  
 Sed terræ tribuet partus: summittit aratris  
 Colla, jugumque suis poscit cervicibus ipse.

Ille, suis Phœbi portat cum cornibus orbem,  
 Militiam indicit terris, & segnia rura 145

In veteres revocat cultus dux ipse laboris;  
 Nec jacet in sulcis, solvitque in pulvere pectus.  
 Serranos Curiosque tulit, fascesque per arva  
 Tradidit, æque suo Dictator venit aratro.

Laudis amor, tacitæ mentes & corpora tarda 150  
 Mole valent, habitatque puer sub fronte Cupido.

Mollius e Geminis studium est, & mitior ætas  
 Per varios cantus modulataque vocibus ora,  
 Et graciles calamos, & nervis insita verba,  
 Ingenitumque sonum. Labor est etiam ipsa voluptas. 155

Arma procul lituosque volunt, tristemque senectam:  
 Otia & æternam peragunt in morte juventam:  
 Inveniunt & in astra vias, numerisque modisque  
 Consummant orbem, postquam ipsos sidera relinquunt.  
 Natura ingenio minor est, perque omnia servit. 160  
 In tot fecundi Gemini commenta feruntur.

Cancer ad ardentem fulgens in Cardine vittam,  
 Quam Phœbus summis revocatus curribus ambit,  
 Articulum Mundi retinet, lucisque reflectit:

Ille tenax animi, nullosque effusus in usus, 165  
 Attribuit varios quæstus, artemque lucrorum:

Merce peregrina Fortunam ferre per urbes.  
 Et gravia annonæ speculantem incendia, ventis  
 Credere opes, Orbisque Orbi bona vendere posse,

Totque per ignotas commercia jungere terras, 176  
 Atque alio sub Sole novas exquirere prædas,  
 Et rerum pretio subitos componere census.  
 Navigat, & celeres optando sortibus annos,  
 Dulcibus usuris æquo quoque tempora vendit.  
 Ingenium solers, suæque in compendia pugna. 175

Quis dubitet, vasti quæ sit natura Leonis?  
 Quasque suo dictet Signis nascentibus artes?  
 Ille novas semper pugnas, nova bella ferarum  
 Apparat, & pecorum spolio vivitque rapinis.  
 Hoc habet hic studium, postes ornare superbos 180  
 Pellibus, & captas domibus præfigere prædas,  
 Et pacare metu silvas, & vivere rapto.

Sunt quorum similes animos nec mœnia frenent,  
 Sed pecorum membris media grassentur in urbe,  
 Et laceros artus suspendant fronte tabernæ, 185  
 Luxuriæque parent cædem, mortesque lucentur.  
 Ingenium ad subitas iras, facilesque recessus,  
 Ac, quale est puero, sententia pectore simplex.

At, quibus Erigone dixit nascentibus ævum,  
 Ore, magisterio, nodoque coercita virgo, 190  
 Ad studium ducit mores, & pectora doctis  
 Artibus instituit: nec tam compendia census,  
 Quam causas, viresque dabit perquirere rerum.  
 Illa decus linguæ faciet, regnumque loquendi,  
 Atque oculos mentis, quæ possit cernere cuncta, 195  
 Quamvis occultis Naturæ condita causis.

Hic & scriptor erit velox, cui littera verbum est,  
 Quique notis linguam superet, cursimque loquentis,  
 Excipiat longas nova per compendia voces.  
 In vitio bonus: & teneros pudor impedit annos, 200  
 Magnaque Naturæ cohibendo munera frenat.  
 Hinc fecundus erit, quod mirum in Virgine, partus.

Librantes noctem Chelæ cum tempore lucis,  
 Per nova maturi post annum tempora Bacchi,  
 Mensuræ & tribuent usus & pondera rerum, 205  
 Et

Et Palamedeis certantem viribus ortum,  
 Qui primus numeros rebus, qui nomina summis  
 Imposuit, certumque modum, propriasque figuras.  
 Hic etiam legum tabulas, & condita jura  
 Noverit, atque notis levibus pendentia verba: 210  
 Et licitum sciet, & vetitum quæ poena sequatur,  
 Perpetuus populi privato in limine Prætor.  
 Non alio potius genitus sit Servius astro,  
 Qui leges potius posuit, quam jura retexit.  
 Denique in ambiguo fuerit quodcumque locatum, 215  
 Et Rectoris egens, diriment examina Libræ.

Scorpius, armata violenta cuspide cauda,  
 Qui ( sua cum Phœbi currum per sidera ducit )  
 Rimatur terras, & sulcis semina miscet,  
 In bellum ardentes animos, & Martia castra. 220  
 Efficit & multo gaudentem sanguine civem:  
 Nec præda, quam cæde magis; cumque ipsa sub armis  
 Pax agitur, capiunt saltus, silvasque pererrant:  
 Nunc hominum, nunc bella gerunt violenta ferarum:  
 Nunc caput in mortem vendunt, & funus arenæ: 225  
 Atque hostem sibi quisque parat, cum bella quiescunt.  
 Sunt quibus & simulacra placent, & ludus in armis,  
 ( Tantus amor pugnæ est ) discuntque per otia bellum,  
 Et quodcumque pari studium producitur arte.

At quibus in bisero Centauri corpore fors est 230  
 Nascendi concessa, libet subjungere currus,  
 Ardentes & equos ad mollia ducere frena,  
 Et toris armenta sequi pascentia campis,  
 Quadrupedum omne genus positis domitare magistris,  
 Exorare tigres, rabiemque auferre leoni, 235  
 Cumque elephante loqui, tantamque aptare loquendo  
 Artibus humanis varia ad spectacula molem.  
 Quippe feræ mixtum est hominis per sidera corpus,  
 Impositumque manet; quo circa regnat in illis.  
 Quodque intenta gerit curvato spicula cornu, 240  
 Et nervos tribuit membris, & acumina cordi,

Et

Et celeres motus, nec delassabile pectus.

Vesta tuos, Capricorne, fovet penetralibus ignes:  
Hinc artes studiumque trahis. Nam quidquid in usus  
Ignis agit, poscitque novas ad munera flammæ, 245  
Sub te censendum est. Scrutari cæca metalla,  
Depositas & opes, terræque exurere venas,  
Materiemque manu certa duplicarier arte:  
Quidquid & argento fabricatur, quidquid & auro:  
Quod ferrum calidi solvant, atque æra camini, 250  
Consumantque foci Cererem, tua munera surgent.  
Addis & in vestes studium, mercemque fugantem  
Frigora, brumalem servans per sidera sortem,  
Qua retrahis ductas summa ad fastigia noctes,  
Nascentemque facis revocatis lucibus annum. 255  
Hinc est mobilitas rerum, mutataque sæpe  
Mens nutat. Melior juncto sub Pisce senecta est.  
Pars prior at Veneri mixto cum crimine servit.

Ille quoque inflexa fontem qui projicit urna,  
Cognatas tribuit juvenilis Aquarius artes. 260  
Cernere sub terris undas, inducere terris,  
Ipsaque conversis aspergere fluctibus astra;  
Littoribusque novis per luxum ludere ponto;  
Et varios fabricare lacus, & flumina ficta,  
Et peregrinantes domibus suspendere rivos. 265  
Mille sub hoc habitant artes, quas temperat unda,  
Quæ per aquas veniunt, operum pontesque sequuntur.  
Quippe etiam Mundi faciem sedesque movebit  
Sidereas, Cælumque novum versabit in orbem.  
Mite genus, docilesque fluunt ab fidere partus: 270  
Pectora nec sordent: faciles in damna feruntur:  
Nec deest, nec superest census. Sic profluit Urna.

Ultima quos gemini producant sidera Pisces,  
His erit in pontum studium, vitamque profundo  
Credent, & puppes, aut puppibus arma parabunt: 275  
Quidquid & in proprios pelagus desiderat usus.  
Innumerae veniunt artes, vix nomina rebus

Suffi-



Sufficiunt. Tot sunt, parvæ quot membra carinæ.  
 Adde gubernandi studium. Pervenit in astra,  
 Et Pontum Cælo conjunxit. Noverit Orbem, 280  
 Fluminaque & portus Mundi, ventosque necesse est:  
 Jamque huc atque illuc agilem convertere clavum,  
 Et frenare ratem, fluctusque effindere rectos:  
 Aut remos agitare & lentas flectere tonsas.  
 Et placidum inductis everrere retibus æquor, 285  
 Littoribusque suis populos exponere captos:  
 Aut unoos celare cibus, aut carcere fraudem.  
 Navales etiam pugnas, pendentia bella  
 Attribuunt, pelagique infectos sanguine fluctus.  
 Fœcundum genus est natis & amica voluptas, 290  
 Et celeres motus, mutataque cuncta per ævum.

Hos tribuunt mores, atque has nascentibus artes  
 Bis sex materiâ propriâ pollentia Signa.

Sed nihil in semet totum valet. Omnia vires  
 Cum certis sociant Signis sub partibus æquis, 295  
 Et velut hospitio Mundi commercia jungunt,  
 Conceduntque suas partes retinentibus astris.  
 Quam partem decimam dixere Decania gentes;  
 A numero nomen positum est, quod partibus astra  
 Condita tricenis propria sub sorte feruntur, 300  
 Et tribuunt denas in se coëuntibus astris,  
 Inque vicem terris habitantur sidera Signis.

Sic altis Natura manet consepta tenebris,  
 Et verum in Cælo est multa cum ambagine rerum.  
 Nec brevis est usus, nec amat compendia Cælum: 305  
 Verum aliis alia opposita est & fallit imago,  
 Mentiturque suas vires, & numina celat.

Quæ tibi non oculis, alta sed mente fuganda est  
 Castigo, penitusque Deus, non fronte notandus.

Nunc quæ sint conjuncta, quibus, quoque ordine reddam,  
 Ne lateant aliæ vires aliena per astra. 311

Astrorum princeps primam servat sibi partem:  
 Altera fors Tauro: Geminis pars tertia cedit.

Sic

Sic inter denas divisum ducitur astrum.

Tot ducit vires, dominos quocumque recepit. 315

Diverſa in Tauro ratio eſt, nec parte ſub ulla

Cenſetur: Cancro primam: mediamque Leoni:

Extremam Erigonæ tribuit Natura per aſtrum.

Stat tamen, & proprias miſcet per ſingula vires.

Libra decem partes Geminorum prima capeſſit: 320

Scorpius adjunctas: Centauri tertia pars eſt.

Nec quiſquam numero diſcernitur: ordine cedit.

Cancer, qui adverſum Capricorni dirigit aſtrum,  
Bis quinas primum partes dignatur in illo:

(Temporis articulo ſub quo cenſetur & ipſe, 325

Quod facit æquales lucas brumalibus umbris,

Cognatamque gerit diverſo in Cardine legem:)

Alterius partis perfundit Aquarius ignes:

Quem ſubeunt Piſces extremo fidere Cancri.

At Leo conſortis meminit ſub lege Trigoni, 330

Lanigerumque ducem recipit: Taurumque Quadrato

Conjunctum ſibi: ſub Geminis pars tertia fertur.

Hos quoque conjungit per ſenos linea flexus.

Præcipuum Erigone Cancro concedit honorem,

Cui tribuit primam partem: vicina relictæ eſt 335

Vicino, Nemeæ, tibi: pars ipſius ima eſt,

Quæ ſaſtidito conceſſa eſt jure potiri.

Sed Libra exemplo gaudet, pariterque regentem

Noctes atque dies diverſo in tempore ſecum

Lanigerum ſequitur. Veris juga temperat ille, 340

Hæc Autumnales componit lancibus horas.

Nulli concedit primam: traditque ſequenti

Vicinam partem: Centauri tertia ſumma eſt.

Scorpius in prima Capricornum parte locavit:

Alterius dominum, qui nomen fecit ab undis: 345

Extremas voluit partes ſub Piſcibus eſſe.

At qui contento minitatur ſpicula nervo,

Lanigero primas tradit ſub lege Trigoni:

Et medias Tauro partes: Geminifque ſupremas.

Nec

Nec manet ingratus Capricornus crimine turpi; 350  
 Sed munus reddit Cancro, recipitque receptus,  
 Principiumque sui donat: conjuncta Leonis  
 Regna ferunt: summas partes at Virginis esse.

Fontibus æternis gaudens Urnaque fluenti,  
 Jura sui Libræ permittit prima regenda: 355  
 Hærentesque decem partes Nepa vendicat ipsi:  
 Summas Centaurus retinet Juvenile per astrum.

Jam superant gemini Pisces, qui sidera claudunt.  
 Lanigero primos tradunt in finibus usus:  
 Perque decem medias partes tu, Taure, receptus: 360  
 Quod superest, ipsi sumunt; utque orbe feruntur  
 Extremo, sic & sortis pars ultima cedit.

Hæc ratio reteggit latitantis tempora Mundi,  
 In pluresque modos, repetitaque nomina Cælum  
 Dividit, & melius sociat quoque sæpius Orbem, 365  
 Ne tua sub titulis fallantur pectora notis,  
 Dissimulant, non ostendunt mortalibus astra.  
 Altius est acies animi mittenda sagaxis;  
 Inque alto quærenda manent, junctisque sequendum  
 Viribus. Et cujus Signi quis parte creatur, 370  
 Ejus habet mores atque illo nascitur astro.  
 Talis per denas sortes Natura feretur.

Testis erit varius sub eodem sidere fœtus,  
 Quodque in tam multis animantium millibus, uno  
 Quæveniunt Signo, tot sunt, quot corpora, mores, 375  
 Et genus externum referunt aliena per astra,  
 Confusique fluunt partus hominum atque ferarum.  
 Scilicet in partes junguntur condita plures,  
 Diversasque ferunt proprio sub nomine leges:  
 Nec tantum lanas Aries, nec Taurus aratra, 380  
 Nec Gemini Musas, nec merces Cancer amabit,  
 Nec Leo venator veniet, nec Virgo magistra,  
 Mensuris aut Libra potens, aut Scorpius armis,  
 Centaurusque feris, igni Capricornus, & undis  
 Ipse suis Juvenis, geminique per æquora Pisces: 385  
 Mixta

Mixta sed in plures fociantur sidera vires.

Multum, inquis, tenuemque jubes me ferre laborem,  
Cernere cum facili lucem ratione viderer.

Quod quæris, Deus est. Coneris scandere Cælum,  
Fataque fatali genitus cognoscere lege, 390

Et transire tuum pectus, Mundoque potiri.

Pro pretio labor est, nec sunt immunia tanta.

Nec mirere viæ flexus, rerumque catenas.

Admitti potuisse sat est: sunt cætera nostra.

At nisi perfoffis fugiet te montibus aurum, 395  
Rursus & in magna mergis caligine mentem,

Obstabitque suis opibus superaddita tellus.

Ut veniant gemmæ, totus transibitur Orbis:

Nec lapidum pretio pelagus cepisse pigebit,

Annua solliciti consummant vota coloni, 400

Et quantæ mercedis erunt fallacia rura?

Quæremus lucrum navi, Martemque sequemur.

In prædas? pudeat tanto bona velle caduca!

Luxuriæ quoque militia est vigil, atque ruinis:

Venter & ut parcat, suspirant sæpe nepotes. 405

Quid Cælo dabimus? Quantum est, quo veneat omne?

Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso.

Hac tibi nascentum mores sunt lege notandi.

Nec fatis est Signis dominantia discere Signa

Per denos numeros, & quæ sint insita cuique. 410

Sed proprias partes ipsas spectare memento,

Vel glacie rigidas, vel quas exusserit ignis;

Et (steriles utroque tamen) quas longior humor,

Quasque minor jam succus obit. Namque omnia mixtis

Viribus; & vario consurgunt sidera textu. 415

Est æquale nihil. Terrenos aspice tractus,

Et maris, & notis fugientia flumina ripis;

Crimen ubique frequens, & laudi noxia juncta est.

Sic sterilis terris lætis intervenit annus,

Ac subitos rumpit parvo discrimine fortis; 420

Et modo portus erat pelagi, jam facta Charybdis,

Lau-

Laudatque cadit post paulum gratia ponti.  
 Et nunc per scopulos, nunc campos labitur amnis,  
 Aut faciens iter, aut quærens venitve, reditve.  
 Sic etiam Cæli partes variantur in astris: 425  
 Ut Signum a Signo, sic a se discrepat ipsum,  
 Momentoque negat vires, usumque salubrem.  
 Quodque per has geritur partes sine fruge creatur,  
 Aut cadit, aut multis sentit bona mixta querelis.

Hæ mihi signandæ proprio sunt carmine partes. 430  
 Sed quis tot numeros toties sub lege referre?  
 Tot partes iterare queat? tot dicere summas  
 Per varios casus? faciem mutare loquendi?  
 Incinimus sic verba, piget. Sed gratia deerit,  
 In vanumque labor cedit, quem despicit auris. 435  
 Sed mihi per carmen Fatalia jura ferenti,  
 Et sacros Cæli motus, ad jussa loquendum est:  
 Nec fingenda datur, tantum monstranda figura.  
 Ostendisse Deum nimis est, dabit ipse sibimet  
 Pondera. Nec fas est verbis suspendere Mundum; 440  
 Rebus enim major. Nec parva est gratia nostri  
 Oris, si tamen hæc poterit signare canendo.

Accipe, dammandæ quæ sint per sidera partes.  
 Lanigero pars quarta nocet, nec sexta salubris.  
 Septima pars illi a decuma, decumæque secunda; 445  
 Quæque duas duplicat summas, septemque novemque;  
 Unaque viginti numeris pars addita, lædit;  
 Et quinta, & duram consummat septima partem.

Tauri nona mala est; similis quoque tertia pars est,  
 Post decimam, nec non decumæ pars septima juncta: est  
 Bisque undena nocens; & bis duodena nocens est; 451  
 Quæque decem tresque ingeminat; fraudatque duobus  
 Triginta numeris; & tu tricesima summa.

Pestifera in Geminis pars prima, & tertia Signis;  
 Septima non melior; ter quina & noxia pars est: 455  
 Unaque bis denis brevior nocet: unaque major:  
 Et similis noxæ veniet vicesima quinta:

Cum-

Cumque duæ subeunt; vel cum se quattuor addunt.

Nec Cancrī prima immunis, nec tertia pars est:  
Nec sexta octavæ similis: decumæque peractæ 460

Prima rapit; nec ter quinz clementior usus:

Septima post decimam luctum, & vigesima portat:

Et quinta accedens, & septima, nonaque summa.

Tu quoque contactu primo, Nemeæ, timendus:

Et quarta sub parte premis: bis quinta salubri 465

Terque caret Cælo: vicesima & altera lædit:

Et tribus appositis junctim, toridemque secutis:

Ultima nec primâ melior tricesima pars est.

Erigones nec pars prima est, nec sexta, nec una

Ad decumam, nec quarta, nec octava utilis unquam: 470

Proxima viginti numeris, & quarta, timendæ;

Et quæ ter decimam claudit fors ultima partem.

Et quinta in Chelis, & septima inutilis esto:

Septima & undecimæ, decumæque & tertia juncta:

Quartaque bis denis actis, & septima; & ambæ 475

Quæ numerum claudunt, nona & tricesima, partes.

Scorpius in prima reus est, cui tertia pars est,

Et sexta & decima, & quæ ter quoque quina notatur:

Undecimam geminans; & quæ vicesima quinta est,

Octavoque manet numero, nonumque capeffit. 480

Si te Fata finant, quartam ne delige partem

Centauri; fuge & octavam: bis sexque peractis,

Octo bis aut denis, metuendus dicitur aër:

Cumque iterum duodena refert; aut terna decemque;

Aut septem quater; vel cum ter dena figurat. 485

Nec pars optanda est Capricorni septima; nona

Consentit: decimamque sequens, quam tertia signat;

Et tribus, aut una quæ te, vicesima, fraudet;

Quæve auget quinta; numero vel sexta feretur.

\* \* \* \* \*

Damnanda est decimæ succedens prima peractæ; 490

Tertiaque, & quinta, & numero quæ condita nono est:

Et post viginti prima; & vicesima quinta;

Cum

Cumque illa quartam accumulans vicesima nona.

Tertia per geminos, & quinta, & septima Pisces,  
Undecima, & decimæ metuenda est septima juncta: 495  
Et quinta in quinos numeros revocata; duasque  
Accipiens ultra summas metuenda feretur.

Hæ partes sterilem ducunt & frigore & igne  
Aëra; vel siccum, vel quod superaverit humor.

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

Nec te perceptis Signorum cura relinquat 500  
Partibus: in tempus quædam mutantur, & ortu  
Accipiunt proprias vires, ultraque remittunt.

Namque ubi se summis Aries attollit ab undis,  
Et cervice prior flexa, quam cornibus ibit,  
Non contenta suo generabit pectora censu: 505

Sed dabit in prædas animos, solvetque pudorem.  
Tanta audere juvat. Sic ipse in cornua fertur,  
Et ruit, & mutat non ullis sedibus idem.

Mollia per placidas delectant otia curas:  
Sed juvat ignotas semper transire per urbes, 510  
Scrutarique novum pelagus, totius & esse  
Orbis in hospitio. Testis tibi Laniger ipse,  
Cum vitreum findens aurato vellere Pontum,  
Orbatumque sua Phryxum per freta sorore  
Phasidos ad ripas, & Colchida tergo vexit. 515

At quos prima creant nascentis sidera Tauri,  
Feminei jaceant. Nec longe caussa petenda est,  
( Si modo per causas Naturam querere fas est. )  
Aversus venit in Cælum, divesque puellis,  
Pleïadum parvo referens glomerabile fidus. 520  
Accedent & ruris opes; propriaque juvenum  
Dote per inversos exornat vomere campos.

Sed Geminos æqua cum præfert unda tegitique  
Parte, dabit studia, & doctas producet ad artes.  
Nec triste ingenium, sed dulci tincta lepore 525  
Corda creat; vocisque bonis, citharæque sonantis

G

In-

Instruit, & voces læto cum pectore jungit.

At niger obscura Cancer cum nube feretur,  
Quæ velut exutus Phœbeis ignibus ignis  
Deficit, & multa fuscatur caligine sidus, 530  
Lumina deficient ortos, geminamque creatis  
Mortem Fata dabunt. Se quisque & vivit, & effert.

Si cui per summas avidus produxerit undas  
Ora Leo, & scandat malis hiscentibus Orbem;  
Ille patri natifque reus, quas ceperit ipse, 535  
Non legabit opes, censumque immerget in ipso.  
Tanta fames animumque cibi tam dira cupido  
Corripit ut capiat semet, neque compleat unquam;  
Inque epulas funus revocet pretiumque sepulchri.

Erigone surgens, quæ rexit secula prisca 540  
Justitiâ, rursusque eadem labentia fugit,  
Alta per imperium tribuit fastigia summum:  
Restoremque dabit legum jurisque sacрати,  
Sancta pudicitia Divorum templa colentem.

Sed cum autumnales cœperunt surgere Chelæ, 545  
Felix æquato genitus sub pondere Libræ,  
Judex extremæ sistet vitæque necisque:  
Imponetque jugum terris, legesque rogabit.  
Illum urbes & regna tremunt, nutuque regentur  
Unius, & Cæli post terras jura manebunt. 550

Scorpius extremæ cum tollit lumina caudæ,  
Si quis erit terris tum suffragantibus ortus,  
Urbibus augebit terras, junctisque juvencis  
Mœnia subcinctus curvo describet aratro,  
Aut sternet positas urbes, inque arva reducet 555  
Oppida, & in domibus maturas reddet aristas.  
Tanta erit & virtus, & cum virtute potestas.

Nec non Arcitenens, prima cum veste resurgit,  
Pectora clara dabit bello, magnisque triumphis  
Conspicuum patrias victorem ducet ad arces: 560  
Altaque nunc statuet, nunc condita mœnia vertet.  
Sed nimium indulgens rebus Fortuna secundis

Invi-



Invidet in faciem sævitque asperrima fronti.  
 Horrendus bello Trebiam, Cannasque, Lacumque  
 Ante fugam tali pensabat imagine victor. 565

Ultimus in caudæ Capricornus acumine summo  
 Militiam ponto dictat, puppisque colendæ  
 Dura ministeria, & vitæ discrimen inertis.

Quod si quem sanctumque velis, castumque, probumque,  
 Hic tibi nascetur, cum primus Aquarius exit. 570

Neve sit in primos animus procedere Pisces;  
 Garrulitas odiosa datur, linguæque venenum  
 Verba maligna novas mussantis semper ad aures:  
 Crimina per populum populi fert ore maligno:  
 Nulla fides inerit natis, sed summa libido: 575

Ardentem medios animum libet ire per ignes.  
 Scilicet in Piscem sese Cytherea novavit,  
 Cum Babyloniacas submersa profugit in undas  
 Anguipedem alatis humeris Typhona furem:  
 Inseruitque suos squammosis piscibus ignes. 580

Nec solus fuerit geminis sub Piscibus ortus:  
 Frater erit, dulcisve soror, materve duorum.

Nunc age diversis dominantia sidera terris  
 Percipe. Sed summa est rerum repetenda figura.

Quattuor in partes Cæli describitur Orbis, 585  
 Nascentem, lapsumque diem, mediosque calores,  
 Te, Helice. Totidem venti de partibus iisdem  
 Erumpunt, secumque gerunt per inania bellum.  
 Asper ab Axe ruit Boreas: fugit Eurus ab ortu:  
 Auster amat medium Solem: Zephyrusque profectum.

Hos inter binæ mediis e partibus auræ 591  
 Exspirant, similes mutato nomine flatus.

Ipsa natat tellus pelagi lustrata corona  
 Cingentis medium liquidis amplexibus Orbem.

Inque sinus pontum recipit, qui vespere ab atro 595  
 Admissus, dextra Numidas, Libyamque calentem  
 Abluit, & magnæ quondam Carthaginis arces;  
 Littoraque in Syrtes revocans sinuata vadōsas,

Rursusque ad Nilum directis fluctibus exit.

Læva freti cædunt Hispanas æquore gentes; 600

Teque in vicinis hærentem, Gallia, terris;

Italique urbes dextram insinuantis in undam

Usque canes ad, Scylla, tuos, avidamque Charybdim.

Hac ubi se primum porta mare fudit ab illa,

Enatat Ionio, laxasque vagatur in undas: 605

Et prius in lævam se fundens circuit omnem

Italiam, atque Adriam comitatur nomine pontum,

Eridanique bibit fluctus, secat æquore lævam

Illyrium, Epirumque lavat; claramque Corinthum,

Et Peloponnesi patulas circumvolat oras. 610

Rursus & in lævum refluit, vastoque recessu

Thessalique fines, & Achaica præterit arva.

Hic pontus, Juvenisque fretum mersæque Puellæ

Truditur invitum, faucesque Propontidos arcæ

Euxino jungit pontæ, Mæotis & undis, 615

Quæ tergo conjuncta manet, pontumque ministrat.

Inde ubi in angustas iterum se navita fauces

Hellepontiacis revocatus fluctibus effert,

Icarium Ægæumque secat, lævaque nitentes

Miratur populos Asiæ, totidemque trophæa, 620

Quot loca; & innumeras gentes, arcumque minantem

Fluctibus; & Cilicum populos, Syriamque perustam,

Ingentique sinu fugientes æquora terras,

Donec in Ægyptum redeant curvata per undas

Littora, Niliacis iterum morientia ripis. 625

Hæc medium terris circumdat linea pontum,

Atque his undarum tractum constringit habenis.

Mille jacent mediæ diffusa per æquora terræ.

Sardiniam in Libyco signant vestigia plantæ:

Trinacria Italia tantum præcisa recessit: 630

Adversa Euboicos miratur Græcia montes,

Et genitrix Crete civem sortita Tonantem:

Ægypti Cypros pulsatur fluctibus omnis.

\* \* \* \* \*

Tot-

Totque minora solo tamen emergentia ponto  
 Littora; & æquales Cycladas; Delonque; Rhodonque;  
 Aulidaque; & Tenedon; vicinaque Corsica terræ 636  
 Littora Sardinia; primamque intrantis in Orbem  
 Oceani victricem Ebusum, Balearica regna.  
 Innumeri surgunt scopuli, montesque per altum.

Nec tantum ex una pontus sibi parte reclusit 640  
 Fauibus abruptis Orbem. Nam littora plura  
 Impulit Oceano pontus: (sed montibus altis  
 Est vetitus, totam ne vinceret æquore Terram.)

Namque inter Borean, Ortumque æstate nitentem,  
 In longum angusto penetrabilis æquore fluctus 645  
 Pervenit, & patulis tum demum funditur arvis,  
 Caspiaque Euxini similis facit æquora Ponti.

Altera sub medium Solem duo bella per undas  
 Intulit Oceanus terris. Nam Persica fluctus  
 Arva tenet, titulum pelagi prædatus ab iisdem, 650  
 Quæ rigat ipse, locis; latoque infunditur Orbi.

Nec procul, in molles Arabes terramque ferentem  
 Delicias, variazque novos radicis odores,  
 Leniter adfundit gemmantia littora pontus,  
 Et terræ mare nomen habet. Media illa duobus. 655

\* \* \* \* \*

Quondam Carthago regnum sortita sub armis,  
 Igneus Albanas cum contudit Hannibal arces,  
 Fecit & æternam Trebiam, Cannasque sepulcris  
 Obruit, & Libyam Italicas infudit in urbes.  
 Huic varias species diversaque monstra ferarum 660  
 Concessit bellis Natura infesta futuris:

Horrendos angues, habitataque membra veneno,  
 Et mortis partus, viventia crimina terræ,  
 Et vastos elephas habet; sævosque leones  
 In pœnas fœcunda suas parit horrida tellus, 665  
 Et portentosos Cercopum ludit in ortus;  
 Ac sterilis pejor siccas infestat arenas,

G 3

Donec

Donec ad Ægypti ponat sua jura colonos.  
 Inde Asiæ populi divesque per omnia tellus,  
 Auratique fluunt amnes, gemmisque relucet 670  
 Pontus: odoratæ spirant medicamina silvæ.  
 India notitiâ major; Parthique, vel Orbis  
 Alter; & in Cælum surgentis mœnia Tauri;  
 Totque illum circa divisæ nomine gentes.  
 Ad Tanaïm Scythicas dirimentem fluctibus urbes, 675  
 Mœotisque lacus, Euxinique aspera Ponti  
 Equora, & extremum Propontidos Hellepontum,  
 Hic Asiæ metam posuit Natura potentis.

Quod superest, Europa tenet, quæ prima natantem  
 Fluctibus excepitque Jovem, taurumque resolvit, 680  
 Condere passâ sibi signisque humerisque juvantem.  
 Ille puellari donavit nomine fluctus,  
 Et monumenta sub hoc titulo sacravit amoris.

Maxima terra viris, & fœcundissima doctis  
 Urbibus: in regnum florentes oris Athenæ; 685  
 Sparta manu; Thebæ divis; & rege vel uno  
 Illa domus princeps Trojani Græcia belli;  
 Thessalia; Epirusque potens; vicinaque ripis  
 Illyris; & Thrace Martem sortita colonum:  
 Et stupefacta sub inter Germania partus: 690  
 Gallia per census; Hispania maxima bellis:  
 Italia summâ, quam rerum maxima Roma  
 Imposuit terris; Cæloque adjungitur ipsa.

Hos erit in fines Orbis Pontusque notandus,  
 Quem Deus in partes & singula dividit astra, 695  
 Ac sua cuique dedit tutelæ regna per Orbem,  
 Ac proprias gentes, atque urbes addidit altas,  
 In quibus assererent præstantes sidera vires.

Ac velut humana est Signis descripta figura,  
 Ut, quamquam communis eat tutela per omne 700  
 Corpus, & in proprium divis artubus exstet:  
 Namque Aries capiti: Taurus cervicibus hæret:  
 Brachia sub Geminis censentur: pectora Cancro:

Te

Te-scapulæ; Nemeze, vocant: teque ilia, Virgo:  
 Libra colit clunes: & Scorpius inguine regnat: 705  
 Et femur Arcitenens: genua & Capricornus amavit:  
 Cruraque defendit Juvenis: vestigia Pisces:  
 Sic alias aliud terras sibi vendicat astrum.

Idcirco in varias leges, variasque figuras  
 Dispositum genus est hominum; proprioque colore 710

Formantur gentes; sociataque jura per artus,  
 Materiamque parem privato fœdere signant.

Flava per ingentes surgit Germania partus;  
 Gallia vicino minus est infecta rubore:

Asperior solidos Hispania contrahit artus: 715

Martia Romanis Orbis Pater induit ora,  
 Gradivumque suum miscens bene temperat artus:

Perque coloratas subtilis Græcia gentes  
 Gymnasium præfert vultu, fortesque palæstras:

At Syriam produnt torti per tempora crines: 720

Æthiopes maculant Orbem, tætrisque figuris  
 Perfusas hominum gentes: minus India tostas

Progenerat, mediumque facit moderata tenorem:

Jam propior, tellusque natans Ægyptia Nilo

Lenius irriguis infuseat corpora campis: 725

Pœnus arenosis astrorum pulvere terris

Exsiccat populos; & Mauritania nomen

Oris habet, titulumque suum fert ipsa colore.

Adde sonos totidem vocum, totidem inferere linguas,

Et mores pro sorte pares ritusque locorum. 730

Adde genus proprium simili sub semine frugum,

Et Cererem varia redeuntem messe per Orbem,

Nec paribus siliquas referentem viribus omnes:

Nec te, Bacche, pari donantem munere terras,

Atque alias aliis fundentem collibus uvas: 735

Cinnama nec totis passim nascentia campis:

Diversas pecudum facies, propriasque ferarum,

Et duplici clausos elephantes carcere terræ.

Quot partes Orbis, totidem sub partibus Orbes,

G 4

Et

Et certis descripta nitent regionibus astra, 740  
Perfunduntque suo subjectas æquore gentes.

Laniger in medio sortitus sidera Mundo  
Caurum inter gelidum, tepidi per tempora Veris,  
Asserit in vires portum, quem vicerat ipse,  
Virgine delapsa cum fratrem ad littora vexit, 745  
Et minui dessevit onus, dorsumque levare.

Illum etiam venerata colit vicina Propontis:  
Et Syriæ gentes: & laxo Persis amictu,  
Vestibus ipsa suis hærens: Nilusque tumescens  
In Cancrum: & telus Ægypti iussa natare. 750  
Taurus habet Scythiæ montes, Asiamque potentem;  
Et molles Arabes, silvarum ditia regna.

Euxinus Scythicos Pontus sinuatus in arcus  
Sub Geminis te, Phœbe, colit: post brachia fratris  
Ultimus est positus Ganges. Colit India Cancrum: 755  
Ardent Æthiopes Cancro, cui plurimus ignis,  
Hoc color ipse docet. Phrygia, Nemeæ, potiris,  
Idææ matris famulus, regnique ferocis  
Cappadocum, Armeniæque: jugis Bithynia dives  
Te colit, & Macedum tellus, qui vicerat Orbem. 760

Virgine sub casta felix terraque marique  
Es, Rhodos, hospitium recturi principis Orbem:  
Tuque domus vere Solis, cui tota sacrata es,  
Cum cuperent lumen magni sub Cæsare Mundi;  
Ionæ quoque sunt urbes, & Dorica rura, 765  
Arcades antiqui, celebrataque Caria famâ.

Quod potius regat Italiam, si feligis, astrum,  
Quam quod cuncta regit, quod rerum pondera novit,  
Designat summas, & iniquum separat æquo,  
Tempora quo pendent, coeunt quo noxque diesque. 770  
Hesperiam sua Libra tenet, qua condita Roma  
Et propriis frænâ pendentem nutibus Orbem;  
Orbis & imperium retinet: discrimina rerum  
Lancibus & positas gentes tollitque premitque:  
Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit urbem. 775

In-

Inferius victæ fidus Carthaginis arces,  
 Et Libyam, Ægyptique latus, donataque regna  
 Eligit: Italique tamen respectat ad undas,  
 Tyrrhenas lacrimis radiatus Scorpius arces  
 Sardiniamque tenet, fusasque per æquora terras. 780

Gnosia Centauro tellus circumdata ponto  
 Paret, & in geminum Minois filius astrum  
 Ipse venit geminus. Celeres huic Creta sagittas  
 Asserit, intentosque imitatur fideris arcus.  
 Insula Trimacriæ fluctantem ad jura sororem 785  
 Subsequitur Creten, sub eodem condita Signo:  
 Proximaque Italique & tenui divisa profundo  
 Ora pares sequitur leges, nec fidere rupta est.

Tu, Capricorne, regis quidquid sub Sole cadente  
 Est positum, gelidamque Helicen quod tangit ab illo 790  
 Hispanas gentes, & quod fert Gallia dives;  
 Teque feris dignam tantum, Germania, matrem  
 Asserit ambiguum sidus terræque marisque;  
 Æstibus assiduis terram pontumque tenentem.

Sed Juvenis nudo formatus mollior artu, 795  
 Ægypto ad Clydasque arces Tyriasque recedit,  
 Et Cilicum gentes, vicina & Aquarius arva.

Piscibus Euphrates datus est, ubi piscis amator,  
 Cum fugeret Typhona Ventis, subsedit in undis.  
 Magna jacet tellus magnis circumdata ripis, 800  
 Parthis; & a Parthis domitæ per sæcula gentes;  
 Baetraque; & Arii; Babylon; & Susa, Parosque;  
 Nominaque innumeris vix amplectenda figuris;  
 Et Tigris, & Rubri radiantia littora ponti.

Sic diversa manet tellus per sidera cuncta, 805  
 E quibus in proprias partes sunt jura petenda;  
 Namque eadem quæ sunt Signis commercia servant.  
 Utque illa inter se coeunt, odioque repugnant,  
 Nunc diversa Polo, nunc & conjuncta Trigono,  
 Quæque alia in varios effectus caussa gubernat: 810  
 Sic terræ terris respondent, urbibus urbes,

Lit-

Littora littoribus, regnis contraria regna.  
 Sic erit & sedes fugienda, petendaque cuique;  
 Sic speranda fides; sic & metuenda pericla,  
 Ut genus in terram Cælo descendit ab alto. 815

Percipe nunc etiam quæ sint Eccliptica Grajo.  
 Nomine, quæ certos quasi delassata per annos  
 Nonnumquam cessant sterili torpentia motu.

Scilicet immenso nihil est æquale sub ævo,  
 Perpetuosque tenet flores; vivumque colorem: 820  
 Mutantur sed cuncta diu, variantque per annos;  
 Et fecunda suis subsistunt frugibus arva,  
 Continuosque negant partus efficta creando:  
 Rursus quæ fuerant steriles ad semina terræ,  
 Post nova sufficiunt, nullo mandante, tributa: 825  
 Concutitur tellus validis compagibus hærens,  
 Subduciturque solum pedibus: natat Orbis in ipso,  
 Et vomit Oceanus pontum, sitiensque resorbet,  
 Nec sese ipse capit: sic quondam merserat urbes  
 Humani generis cum solus constitit hæres 830

Deucalion, scopuloque Orbem possedit in uno:  
 Nec non cum patrias Phaëthon tentavit habenas,  
 Arserunt gentes, timuitque incendia Cælum,  
 Fugeruntque novas ardentia sidera flammæ,  
 Atque uno timuit condi Natura sepulcro: 835  
 In tantum longo mutantur tempora cursu,  
 Atque iterum in semet redeunt: sic tempore certo  
 Signa quoque amittunt vires, sumuntque receptas.

Causa patet, quod Luna quibus defecit in astris  
 Orba sui fratris, noctisque immerfa tenèbris, 840  
 Cum medios Phœbi radios intercipit Orbis,  
 Nec trahit in se tum, quo fulget, Delia lumen:  
 Hæc quoque Signa suo pariter cum sidere languent  
 Incurvata simul, solitoque excepta vigore,  
 Et veluti elatam Phœben in funere lugent. 845

Ipsa ( docet titulus causæ ) quæ Eccliptica Signa  
 Dixere antiqui, pariter subbina laborant,

Nec



Nec vicina loco, sed quæ contraria fulgent:  
Sicut Luna suo tunc tantum deficit orbe,  
Cum Phœbum adversis currentem non videt astris. 850

Nec tamen æquali languescunt tempore cuncta;  
Namque modo infectus totus producitur annus,  
Nunc brevius lassata manent, nunc longius astra,  
Exceduntque suo Phœbeta tempora casu. 860

Atque ubi perfectum est spatium, quod cuique dicatur,  
Impleruntque suos certa statione labores, 856  
Bina per adversum Cælum fulgentia Signa,  
Tunc vicina labant ipsis hærentia Signis,  
Quæ prius in terras veniunt terrasque relinquunt;  
Sidereo non ut pugnet contrarius orbis, 860

Sed, qua Mundus agit cursus, inclinat & ipse,  
Amisissasque negat vires, nec munera tanta,  
Nec similes reddit noxas. Locus omnia vertit.

Sed quid tam tenui prodest ratione nitentem  
Scrutari Mundum, si mens sua cuique repugnat, 865  
Spemque timor tollit, prohibetque a limine Cæli?  
Condit enim quidquid vasto Natura recessu,  
Mortalesque fugit visus & pectora nostra.  
Nec prodesse potest, quod Fatis cuncta reguntur,  
Cum Fatum nulla possit ratione videri. 870

Quid juvat in semet suaque in convicia ferri,  
Et fraudare bonis, quæ nec Deus invidet ipse;  
Quosque dedit Natura oculos deponere mentis?  
Perspicimus Cælum, cur non & munera Cæli?

Inque ipsos penitus Mundi descendere census, 875  
Seminibusque suis tantam componere molem,  
Et pretium Cælo sua per nutritia ferre,  
Extremumque sequi portum, Terræque subire  
Pendentis tractus, & toto vivere in Orbe?

Quanta at pars superest rationem discere noctis? 880  
Jam nusquam Natura latet, perspeximus omnem:  
Et capto potimur Mundo, nostrumque Parentem  
Pars sua conspiciamus, genitique accedimus astris.

An

An dubium est habitare Deum sub pectore nostro?  
In Cælumque redire animas, Cæloque venire? 885

Utque fit ex omni constructus corpore Mundus  
Aëris, atque ignis summi, terræque, marisque;  
Spiritus & Toto rapido qui iussa gubernat:  
Sic esse in nobis terrenæ corpora fortis, 889  
Sanguineasque animas, animum qui cuncta gubernat,  
Dispensatque hominem. Quid mirum noscere Mundum  
Si possunt homines, quibus est & Mundus in ipsis?  
Exemplumque Dei quisque est in imagine parva?

An quoquam genitos, nisi Cælo, credere fas est  
Esse homines? projecta jacent animalia cuncta 895  
In terra, vel mersa vadis, vel in aëre pendent:  
Omnibus una quies venter sensusque per artus.  
Et quia consilium non est, & lingua remissa,  
Unus at inspectus rerum, viresque loquendi,  
Ingeniumque capax varias inducit in artes: 900  
Hic partus, cui cuncta regit, secessit in Orbem,  
Et domuit terram ad fruges, animalia cepit,  
Imposuitque viam ponto, stetit unus in arcem  
Erectus capitis, victorque ad sidera mittit  
Sidereos oculos, propiusque aspectat Olympum, 905  
Inquirisque Jovem, nec sola fronte Deorum  
Contentus manet, & Cælum scrutatur in alvo,  
Cognatumque sequens corpus se quærit in astris.

Hinc in tanta fidem petimus, quam sæpe volucres  
Accipiunt, trepidæque suo sub pectore fibræ? 910  
An minus est sacris rationem ducere Signis,  
Quam pecudum mortes, aviumque attendere cantus?

Atque ideo faciem Cæli non invidet Orbi  
Ipse Deus, vultusque suos, corpusque recludit  
Sempervolvendo, seque ipsum inculcat & offert, 915  
Ut bene cognosci possit, doceatque videndo  
Qualis eat, doceatque suas attendere leges.

Ipse vocat nostros animos ad sidera Mundus,  
Nec patitur, quia non condit, sua jura latere.

Quis

Quis putat esse nefas nosci, quod cernere fas est? 920

Ne contemne tuas quasi parvo in corpore vires:  
Quod valet, immensum est. Sic auri pondera parvi  
Exsuperant pretio numerosos æris acervos:

Sic adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est:  
Parvula sic totum pervisit pupula Cælum; 925

Quoque vident oculi minimum est, cum maxima cernant:

Sic Animi sedes tenui sub corde locata,  
Per totum angusto regnat de limite corpus.

Materiæ ne quære modum, sed perspice vires,

Quas ratio, non pondus, habet. Ratio omnia vincit.

Ne dubites homini divinos credere visus; 930

Jam facit ipse Deos, mittitque ad fœdera Numen,

Majus & Augusto crescit sub principe Cælum.



MAR-



M A R C I  
M A N I L I I  
ASTRONOMICON.  
LIBER QUINTUS.

ARGUMENTUM.



**E**XPLICATIS duodecim Signorum Zodiacy ortibus atque occasibus, ceterorum siderum cum Australium, tum Septentrionalium ortus atque occasus cum Zodiacy Signorum ortibus atque occasibus collaturus est Poëta. I. Exorditur ab eo, quod alius huc operi huic finem fecisset, &que supremo Cælo descendisset, ut medios ignes Planetarum per æthera observaret: ipse vero imperfectum opus relinquere non vult. II. Itaque docet cum Arietis iv. grad. exoriri & navim Argo, quæ procreet navium rectores, naucleros, navalia bella amantes: & Orionem, qui det solertes animos, velocia corpora, mentes agiles officio, salutatores communes. Iterum cum ejusdem Arietis xv. grad. surgere Heniochum, qui generet aurigas, equorum domitores, curulium

lium Circensium agitadores, desultores, & ex equo arma tractantes. Tertio cum xx. grad. ejusdem Arietis oriri Hædos, qui luxuriosos ac pastores generent. Quarto cum ejusdem grad. xxvii. attolli Hyades, quæ popularis aure cupidos, seditiosos, bubulcos, & armentarios procreent. Denique cum ejusdem grad. xxx. ascendere Oleniam, quæ timidas mentes, ac ignota visendi cupidos det. III. Cum vi. grad. Tauri surgere Pleiades, quibus aspirantibus nascantur luxûs, ac cultûs, amatores, qui calamistratos capillos, artusque lævigatos gerere gestiant. IV. Tradit cum vii. grad. Geminorum exoriri Leporem, quo sub sidere gignantur stadiodromi, pythomachi, piluludii, saltatores, vigiles industrii, & qui per varios lusus otia dulcia exerceant. V. Vult cum primis Cancri partibus emergere Jugulas, quos Asellos Cancro vocant, quibus suffragantibus procreentur venatores, & piscatores. Pariter cum ejusdem Cancro grad. xxvii. attolli Procyonem, qui venandi arma atque instrumenta omnia ministret. VI. Tradit cum primis Leonis gradibus exoriri Canem majorem atque Caniculam, quo sub sidere nati sepiissime sint violenti, iracundi, minaces, litigiosi, feroces, & impavidi. Similiter cum ejusdem Leonis ultimis partibus surgere Craterem, quo sub sidere nati vitem colant, & merces mari committant. VII. Cum Virginis xv. grad. scribit exoriri Coronam Ariadnæ, qua micante nascantur qui hortos ac flores colant, unguenta coquant, & munditiam cultumque quærant. Item cum ejusdem x. grad. surgere vult Spicam, quæ suboriens det agricolas. VIII. Cum Libræ grad. viii. surgere & Sagittam, quæ det sagittarum jaculatores: & Hædum, qui procreet solertes animos. Deinde cum ejusdem Libræ grad. xxvi. Lysam, quæ det fidicines ac cantores. IX. Cum Scorpionis vii. grad. ascendere Aram, quæ creet sacerdotes, & prophetas. Cum ejusdem Scorpionis grad. xii. Centaurum Meridionalem, qui fingit aurigas, equorum nutritores & medicos, ac muliones. X. cum Sagit-

*Sagittarii grad. v. Cycnum, qui progignat aucupes.*  
 XI. Cum Capricorni primis partibus ascendere *Serpentarium*, qui generet *marfos*. Cum ejusdem vero Capricorni partibus posterioribus exoriri *Fidem*, seu *Fidiculam*, que det viros summæ equitatis, scelerum vindices: similiter *Delphinum*, qui det *urinatores* & *petauristas*. XII. Cum *Aquario*, surgere *Cepheum*, qui generet viros moribus integros. At cum ejusdem *Aquarii* xii. grad. attolli *Aquilam*, que creet *predatores*, & *regum per bella ministros*. Cum ejusdem vero grad. xx. assurgere *Cassiopeam*, que progignat *artifices auri*. XIII. Cum *Piscium* xii. grad. oriri *Andromedam*, que det *pœnarum publicarum ministros*, *carcerum custodes*. Cum eorumdem vero xxi. grad. *Pegasus*, qui *rhedarios*, *equorum domitores* procreat. Cum eorumdem ultimis partibus exoriri ad dextram *Herculem*, qui det *dolosos*, & *mendaces*: ad sinistram vero *Cetum*, qui procreat *piscatores*. XIV. Denique docet occidentibus *Leone* & *Scorpione* oriri *Helicem*, & *Cynosuram*, que dent *mansuetarios*.



MAR-

# MARCI MANILII ASTRONOMICON.

## LIBER QUINTUS.



Ic' allus finisset iter, Signisque re-  
lictis,  
Quels aduersa meant stellarum lu-  
mina quinque,  
Quadrijugis & Phœbus equis, &  
Delia bigis,  
Non ultra struxisset opus, Cæloque  
rediret,

Ac per descensum medios decurreret ignes 5  
Saturni, Jovis, & Martis, Solisque; sub illis  
(Post Venerem, & ~~Maja~~ natum) te, Luna, vagantem.

Me properare viam Mundi lubet; omnia circum  
Sidera vectatum toto decurrere Cælo,  
Cum semel æthereos iussus conscendere currus 10  
Summum contigerim sua per fastigia culmen.

Hinc vocat Orion magni pars maxima Cæli;  
Et Ratis Heroum, quæ nunc quoque navigat astris;  
Fluminaque errantes late sinuantia flexus;  
Semifer; & Cetus squammis atque ore tremendo; 15  
Hesperidumque vigil custos, & divitis auri;  
Et Canis in totum portans incendia Mundum;  
Atque Divorum, cui vota exsolvit Olympus.

Illinc per geminas Anguis qui labitur Arctos;  
Heniochusque memor currus; plaustrique Bootes; 20  
Atque Ariadneæ cælestia dona Coronæ,  
Victor & invisa Perseus cum falce Medusæ,  
Andromedamque secus genitor cum conjuge Cepheus,  
Quique volat stellatus Equus, celerique Sagittæ  
Delphinus certans, & Juppiter alite tectus, 25

H

Cæte

Cæteraque in toto passim labentia Cælo.

Quæ mihi per proprias vires sunt cuncta canenda,  
Quid valeant ortu, quid cum merguntur in undas,  
Et quid de bis sex astris per quæque reducant.

Has stellis proprias vires & tempora rerum 30  
Constituit magni quondam fabricator Olympi.

Vir gregis & ponti victor, cui parte relicta  
Nomen onusque dedit; nec pelle immunis ab ipsa;  
Colchidis & magicas artes qui vertere Iolchon  
Medeam iussit, movitque venena per Orbem, 35  
Nunc quoque vicinam puppim, ceu naviget, Argo  
A dextris lateris ducit regione per astra.

Sed cum prima suos puppis confurgit in ignes,  
Quattuor in partes cum Corniger extulit ora,  
Illo quisquis erit terris oriente creatus, 40

Rector erit puppis, clavoque immobilis hærens.  
Mutabit pelago terras, ventisque sequetur  
Fortunam, totumque volet tranare profundum  
Classibus, atque alios menses, aliumque videre  
Phasin; & in cautes Tiphyn superare trementem. 45

Tolle istos partus hominum sub sidere tali,  
Sustuleris bellum Trojæ, classemque solutam  
Sanguine, & appulsam terris: non invehet undis  
Sipara, nec pelagus Xerxes facietque tegetque:  
Vera Syracusis Salamis non merget Athenas: 50

Punicæ nec toto fluitabunt æquore rostra:  
Actiacosque sinus inter suspensus utrinque  
Orbis, & in ponto Cæli fortuna natabit.

His ducibus cæco ducuntur in æquore classes,  
Et coit ipsa sibi Tellus, totusque per usus 55  
Diversos rerum ventis accersitur Orbis.

Sed summâ lateris surgens de parte sinistri  
Maximus Orion magnum complexus Olympum,  
( Quo fulgente super terras Cælumque trahente,  
Ementita diem nigras nox contrahit alas ) 60  
Solertes animos, velocia corpora finget,

At



Atque agilem officio mentem, curasque per omnes  
Indelassato properantia corda labore.

Instar erit populi, totaque habitabit in urbe,  
Limina pervolitans, unumque per omnia verbum 65  
Mane salutandi portans communis amicus.

Sed cum se terris Aries, ter quinque peractis  
Partibus, extollit, primum juga tollit ab undis  
Heniochus, clivoque rotas convellit ab imo,  
Qua gelidus Boreas Aquilonibus instat acutis. 70

Ille dabit proprium studium, Cæloque retentas,  
Quas prius in terris agitator amaverat artes:  
Stare levi curru moderantem quattuor ora  
Spumigeris frænata lupis, & flectere equorum  
Prævalidas vires, ac torto stringere gyro: 75

Aut, cum laxato fugerunt cardine claustra,  
Exagitare feros, pronumque anteire volantes,  
Vixque rotis levibus summum contingere campum,  
Vincentem pedibus ventos; vel prima tenentem  
Agmina in obliquum currus agitare malignos, 80

Obstantemque mora totum perludere Circum,  
Vel medium turbæ: nunc dextros ire per orbes  
Fidentem campo: nunc meta currere acuta,  
Spemque sub extremo dubiam suspendere casu:  
Nec non alterno desultor fidere dorso 85

Quadrupedum, & stabiles poterit defigere plantas  
Per quos vadit equos: ludet per terga volantum:  
Aut solo vectatus equo, nunc arma movebit,  
Nunc, licet in longo per cursus præmia Circo,  
Quidquid de tali studio formatur, habebit. 90

Hinc mihi Salmoneus, qui Cælum imitatur in Orbe  
Pontibus impositis, missisque per æra quadrigis,  
Expressisse sonum Mundi sibi visus, & ipsum  
Admovisse Jovem terris de fulmine fingit:

Sensit at immensos ignes super ipse secutus, 95  
Morte Jovem didicit generatus quid sit haberi.  
Hoc genitum credas de sidere Bellerophontem

Impofuisse viam Mundo per Signa volentem:  
 Cui Cælum campus fuerat, terræque fretumque  
 Sub pedibus, non ulla tulit vestigia campus. 100  
 Hæc erit Heniochi surgens tibi forma cavenda.

Cumque decem partes Aries duplicaverit ortus,  
 Incipient Hædi tremulum producere mentum,  
 Hirtaque tum demum terris promittere terga,  
 Qua dexter Boreas spirat. Nec crede severæ 105  
 Frontis opus Signo, strictos nec crede Catones,  
 Aut Brutum, atque parem Torquatum, & Horatia facta.  
 Majus onus Signo est, Hædis nec tanta perulcis  
 Conveniunt: levibus gaudent, lascivaque signant.  
 Pectora; & in lusus agiles agilemque vigorem 110  
 Desudant; vario ducunt in amore juventam:  
 In vulnus numquam virtus, sed sæpe libido  
 Impellit, turpisque emitur vel morte voluptas;  
 Et minimum cecidisse malum est, sed crimine victum.  
 Nec non & cultus pecorum nascentibus addunt, 115  
 Pastoremque suum generant, cui fistula collo  
 Hæreat, & voces alterna per oscula ducat.

Sed cum bis denas augebit septima partes.  
 Lanigeri, surgunt Hyades: quo tempore natis  
 Nulla quies placet; in nullo sunt omnia fracta: 120  
 Sed populum turbamque petunt, rerumque tumultus;  
 Seditio clamorque juvat, Gracchosque tenentes  
 Rostra volunt, montesque Sacros, rarisque Quirites;  
 Pacis bella probant, curæque alimenta ministrant:  
 Immundosque greges agitant per sordida rura. 125  
 Et fidum in terris alium genere Booten.  
 Hos generant Hyades mores; surgentibus astris.

Ultima Lanigeri cum pars excluditur Orbi,  
 Quæ totum ostendit terris, atque eruit undis,  
 Olenie servans prægressos tollitur Hædos 130  
 E gelido stellata polo, quæ dextera pars est,  
 Officio magni mater Jovis. Illa Tonantri  
 Fundamenta dedit, pectusque implevit hiantis.

Lacte

Lacte suo, dedit & dignas ad fulmina vites,  
 Hinc timidae mentes tremebundaque corda creantur, 135  
 Suspensa in trepidis, levibusque obnoxia caussis.  
 His etiam ingenium visendi ignota cupido,  
 Ut nova per montes quærunt arbuta capellæ,  
 Semper, & ulterius pascentes tendere gaudent.

Taurus in aversos præcepit ut tollitur ortus, 140  
 Sexta parte sui, certantes lucis ad oras  
 Pleiades ducit, quibus aspirantibus albam  
 In lucem eduntur Bacchi Venerisque sequaces;  
 Perque dapes mensasque super petulantia corda;  
 Et sale mordaci dulces quantentia risus, 145  
 Illis cura sui cultus frontisque decori  
 Semper erit, tortos in ductum ponere cornes,  
 Aut vinculis revocare comas, & vernice densa  
 Fingere, & appositis caput emutare capillis;  
 Pumicibusque cavis horrentia membra polare, 150  
 Atque odisse virum, sterileque optare lacertos  
 Femineæ vestes non iolunt tegmina plantas,  
 Sed species, fistique placent ad mollia gressus,  
 Naturæ pudet, atque habitat sub pectore cæco  
 Ambitio, & morbum virtutis nomine jactant, 155  
 Semper amare parum est, cupiunt & amare videri.

Jam vero Geminis fraterna senectibus astra  
 In Cælum, summoque natantibus æquore ponti,  
 Septima pars Leporem tollit, quo sidere natis  
 Vix alas Natura negat, volucresque meatus, 160  
 Tantus erit per membra vigor, referentia ventos.  
 Ille prius victor studio, quam missus abibit  
 Ille cito motu rigidos eludere cæsus;  
 Nunc exire Clevis missas, nunc mittere palmas;  
 Ille pilam celeri fugientem reddere plantæ, 165  
 Et pedibus pensata manus, & ludere saltu,  
 Mobilibusque citos ictus glomerare lacertis.  
 Ille potens turban perfundere membra pilam,  
 Per totumque vagas corpus disponere palmas,

1837

H 3

Ut

Ut teneat tantos orbes, sibi que ipse reludat, 170  
 Et velut edoctos jubeat volitare per ipsum:  
 Invigilat somnis: curas industria vincit:  
 Otia per varios exercet dulcia lusus.

Nunc Cancro vicina canam, cui parte sinistra  
 Confurgunt Jugulæ; quibus aspirantibus orti 175  
 Te, Meleagre, colunt flammis latitantibus ustum,  
 Reddentemque tuæ per mortem munera matri;  
 Cujus & ante necem paulatim vita sepulta est;  
 Atque Atalanteos conatum ferre labores,  
 Et Calydoniaca bellantem rupe puellam, 180  
 Vincentemque viros; & quam potuisse videri  
 Virgine majus erat sternentem vulnere primo;  
 Quamque erat Actæon silvis imitandus & ante  
 Quam canibus nova præda fuit. Ducuntur & ipsi  
 Retibus, & claudunt campos formidine mortis, 185  
 Mendacesque parant foveas, laqueosque tenaces,  
 Currentesque feras pedicatum compede necunt,  
 Aut canibus ferrove necant, prædasque reportant.  
 Sunt quibus in ponto studium est cepisse ferarum  
 Diversas facies, & cæco merfa profundo 190  
 Sternere littoreis monstrorum corpora arenis,  
 Horrendumque feris in bella laceßere pontum,  
 Et colare vagos inductis retibus amnes,  
 Ac per nulla sequi dubitant vestigia prædas.  
 Luxuriæ quia terra parum, fastidiet Orbem 195  
 Venter, & ipse gulam Nereus ex æquore pascet.

At Procyon oriens cum jam vicesima Cancri  
 Septimaque ex undis pars sese emergit in astra,  
 Venatus non ille quidem, verum arma creatis  
 Venandi tribuit: catulos nutrire sagaces; 200  
 Et genus a proavis, mores numerare per artes:  
 Retiaque, & validâ venabula cuspide fixa,  
 Lentaque contextis formare hastilia nodis;  
 Et quodcumque solet venandi pascere cura,  
 In proprios fabricare dabit venalia quæstus. 205  
 Cum

Cum vero in vastos surgit Nemeus hiatu,  
 Exoriturque Canis, latratque Canicula flammans,  
 Et rabit igne suo, geminatque incendia Solis;  
 Qua subdente facem terris, radioque movente,  
 Dimicat in cineres Orbis, fatumque supremum 210  
 Sortitur, languetque suis Neptunus in undis:  
 Et viridis nemori sanguis decedit, & herbis:  
 Cuncta peregrinos Orbes animalia quatunt,  
 Atque eger alterius Mundus: Natura fuisse  
 Ægrotat morbis nimios obsessa per æstus, 215  
 Inque rogo vivit. Tantis per sidera fervor  
 Funditur, atque uno ceu sint in lumine cuncta.  
 Hac ubi se ponto per pronas extulit oras,  
 Nascentem si quem pelagi perstrinxerit unda,  
 Effrenos animos, violentaque pectora fingit, 220  
 Irarumque dabit fluctus, odiumque metumque  
 Totius vulgi: præcurrunt verba loquentis,  
 Ante os est animus: nec magnis concita caussis  
 Corda micant, & lingua rabit, latratque loquendo,  
 Moribus in crebris dentes in voce relinquit. 225  
 Ardescit vitio vitium, viresque ministrat  
 Bacchus, & in flamma sævas excuscat iras:  
 Nec silvas rupesque timet, vastosque leones,  
 Aut spumantis apri dentes, atque arma ferarum,  
 Effunditque suas concessa in robora flammæ. 230  
 Nec tales mirare artes sub sidere tali;  
 Cernis ut ipsum etiam sidus venetur in astris;  
 Prægressum quatit Leporem comprehendere cursu.

Ultima pars magni cum tollitur Orbe Leonis,  
 Crater auratis surgit cælatus ab astris. 235  
 Inde trahit quicumque genus moresque, sequetur  
 Irriguos ruris campos, amnesque lacusque:  
 Et te, Bacche, tuas nubentem iunget ad ulmos;  
 Disponetque jugis imitatas fronde choreas,  
 Robore vel proprio fidentem in brachia ducet, 240  
 Teque tibi credet semper; quin matre relictum

Adjungat calamis, segetemque interferet uvis:  
 Quæque alia innumeri cultus est forma per Orbem,  
 Pro regione colet. Nec parce vina recepta  
 Hauriet emiscens, & fructibus ipse fruatur, 245  
 Gaudebitque mero, mergetque in pocula mentem.  
 Nec solum terræ spem credet; inania vota,  
 Annonæ quoque vectigal, mercesque sequetur,  
 Præcipue quas humor alit, nec deseret undas.  
 Tales effinget Crater humoris amator. 250  
 Jam subit Erigone, quæ cum ter quinque feretur  
 Partibus ereptis ponto, tollentur ab undis  
 Clara Ariadnæ quondam monumenta Coronæ;  
 Et molles tribuent artes. Hinc dona Puellæ  
 Namque nitent: illinc oriens est ipsa Puella. 255  
 Ille colet nitidis gemmantem floribus hortum,  
 Pallentes violas, & purpureos hyacinthos,  
 Liliaque, & Tyrias imitata papavera lutes,  
 Vernantisque rosæ rubicundo sanguine florem  
 Cæruleum foliis viridemque in gramine collat. 260  
 Conferet, & veris depinget prata figuris:  
 Aut varios nectet flores fertilisque locabit,  
 Effingetque sinu similes: in mutua pressos  
 Incoquet, æque Arabum silvis miscabit odores:  
 Et medicos unguenta dabit referentia flatus, 265  
 Ut sit adulterio succorum gratia major:  
 Munditiæ cultusque adsunt, artesque decoræ,  
 Et lenocinium vitæ, præsensque voluptas.  
 Virginis hoc anni poscunt, floresque Coronæ.  
 At cum per decimam consurgens horrida partem 270  
 Spica feret præ se squallentis corpus aristæ,  
 Arvorum ingenerat studium, rurisque colendi:  
 Seminaque in fœnis sulcatis credere terris;  
 Usuramque sequi majorem sorte, receptis  
 Frugibus innumeris; atque horrea quærere messi. 275  
 Quod solum decuit mortales nosse metallum;  
 Nulla fames, non ulla forent jejunia terris.

Dives

Dives erat census, saturatis gentibus, Orbis,  
 Et si forte labor ruris tardaverat artes,  
 Quis sine nulla Ceres, non ullus seminis usus: 280  
 Subdere fracturo silici frumenta, superque  
 Ducere pendentes orbes, & mergere farra,  
 Ac torrere focis, hominumque alimenta parare,  
 Atque unum genus in multas variare figuras.  
 Et quia dispositis aptatur Spica per artem 285  
 Frugibus, instructus similis componitur ordo,  
 Seminibusque suis cellas atque horrea præbet.

Sed parte octava surgentem cerne Sagittam  
 Chelarum, dabit & jaculum torquere lacertis,  
 Et calamum nervis, glæbas & mittere virgis, 290  
 Pendentemque suo volucrem deprendere cælo;  
 Cuspide vel triplici securum figere piscem.

Quod potius dederim Teucro fidusve genusve?  
 Teve, Philoctete, cui malim credere parti?  
 Hectoris ille facies arcu teloque fugavit, 295  
 Mittebatque suos ignes in mille carinas:  
 Hic autem & pharetram Trojæ bellumque gerebat,  
 Major & armatis hostis subfederat exsul.

Quin etiam ille pater tali de sidere cretus  
 Esse potest qui serpentem super ora cubantem 300  
 Infelix nati somnumque animamque bibentem  
 Sustinuit misso petere, & prosternere telo.  
 Ars erat esse patrem, vicit natura periculum,  
 Et pariter juvenem somno ac morte levavit  
 Tunc iterum natum, & fato per somnia raptum. 305

At cum secretis improvidus Hædus in astris  
 Erranti similis fratrum vestigia quærit,  
 Postque gregem longo producit intervallo,  
 Solertes animos, agitataque pectora in usus  
 Effingit, variis nec deficientia curis: 310  
 Nec contenta domo, populi sunt illa ministra,  
 Perque magistratus & publica jura feruntur:  
 Non ullo careat digito, quaque iverit hasta,

De-

Defueritve bonis sector, pœnamque lucretur  
 Noxius, & patriam fraudarit debitor æris: 315  
 Cognitor est: verbis nec non lascivit amores  
 In varios, ponitque forum, sedatque Lyæo:  
 Mobilis in saltus, & scenæ mollior arte.

Nunc surgente Lyra, testudinis enatat undis  
 Forma, per hæredem tantum præfata sonantis; 320  
 Qua quondam sonitum referens Oëagrius Orpheus  
 Et sensus scopulis, & silvis addidit aures;  
 Et Diti lacrimas; & morti denique finem.  
 Hinc venient vocis dotes, Boreæque sonantis  
 Garrula quæ modulos diversos tibia format; 325  
 Et quodcumque manu loquitur, flatuque movetur.  
 Ille dabit cantus inter convivia dulces,  
 Mulcebitque sono Bacchum, noctesque tenebit.  
 Quinetiam curas inter, secreta movebit.  
 Carmina, furtivo modulatus marmure vocem; 330  
 Solus & ipse suas semper cantabit ad aures.

Hinc distante Lyra, cum pars vicesima sexta  
 Chelarum surget, quæ cornua ducit in astra,  
 E regione Nepæ vix partes octo trahentis;  
 Ara ferens thuris stellis imitantibus ignem, 335  
 In qua devoti quondam cecidere Gigantes.  
 Nec prius armavit violento fulmine dextram  
 Juppiter, ante Deos quam constitit ipse sacerdos.  
 Quos potius finget partus, quam templa colentes;  
 Atque auctoratos in tertia iura ministros; 340  
 Divorumque sacrâ venerantes numina voce;  
 Pæne Deos, & qui possunt ventura videre?

Quattuor appositis Centaurus partibus effert  
 Sidera, & ex ipso mores nascentibus addit.  
 Aut mulos aget, aut mannos, mixtosque jugabit 345  
 Semine quadrupedes, aut curru celsior ibit:  
 Aut onerabit equos armis, aut ducet in arma:  
 Ille tenet medicas artes ad membra ferorum  
 Et non auditos mutarum tollere morbos.

Hoc



Hoc est artis opus, non expectare gementes, 350  
Et sibi non ægrum jamdudum credere corpus.

Nunc subit Arcitenens, cujus pars quinta nitentem  
Arcturum ostendit ponto; quo tempore natis  
Fortuna ipsa suos audet committere census,  
Regales ut opes & sancta æraria servant, 355  
Regnantes sub rege suo, rerumque ministri;  
Tutelamque gerent populi, domibusque regendis  
Præpositi curas alieno limine claudent.

Arcitenens cum se totum produxerit undis,  
Ter decuma sub parte feri, formantibus astris, 360  
Plumeus in Cælum nitidis Olor evolat alis:

Quo surgente trahens lucem matremque relinquens  
Ipse quoque aërios populos, Cæloque dicatum  
Alituum omne genus, studium censusque vocabit.  
Mille fluent artes, aut bellum indicere Mundo, 365  
Et medios inter volucrum præfere meatus:

Aut nido damnare suo; ramove sedentem,  
Pascentemve super surgentia tendere lina.

Atque hæc in luxum. Jam ventri longius itur  
Quam modo militiæ. Numidarum pascimur oris, 370

Phasidos & damnis. Arcessitur inde macellum,  
Unde aurata novo convecta est æquore pellis.

Quinetiam linguas hominum sensusque docebit  
Aërias volucres, novaque in commercia ducer,

Verbaque præcipiet Naturæ lege negata. 375

Ipse Deum Cychus condit, vocemque sub illo

Non totus volucer, secumque immurmurat intus.

Nec te prætereant clausas qui culmine summo

Pascere aves gaudent Veneris, & reddere cæcas,

Aut certis revocare notis: totamque per urbem 380

Qui gestant caveis volucres ad iussa paratas;

Quorum omnis parvo consistit passere census.

Has erit & similes tribuens Olor aureus artes.

Anguitenens magno circumdatus orbe Draconis,

Cum venit in regione tuæ, Capricorne, figuræ, 385

Non

Non inimica facit serpentum membra creatis.  
 Accipiunt sinibusque suis, peploque fluenti,  
 Osculaque horrendis jungunt impune venenis.

At cum se patrio producit ab æquore Piscis  
 In Cælumque ferens alienis sinibus ibit, 390  
 Quisquis erit tali capiens sub tempore vitam,  
 Littoribus ripisque suos circumferet hamos,  
 Pendentem & cæco captabit in æquore piscem,  
 Cumque suis domibus conchas valloque latentes  
 Protrahit immersus. Nil est audere relictum. 395  
 Quæstus naufragio petitur, corpusque profundo  
 Immissum pariter cum præda exquiritur ipsa.  
 Nam semper tanti merces est parva laboris,  
 Censibus æquantur conchæ, rapidumque notari  
 Vix quicquam est. Locuples oneratur terra profundo.  
 Tali sorte suas artes per littora tractat. 400

Aut emit externos pretio mutatque labores  
 Institor æquorez varia sub imagine mercis.  
 Cumque Fidis magno succedunt sidera Mundo,  
 Quæstor scelerum veniet, vindexque reorum, 405  
 Qui commissa suis rimabitur argumentis,  
 In lucemque trahet tacitâ latitantia fraude.  
 Hinc etiam immitis tortor, pœnæque minister,  
 Et quisquis vero favit, culpamve perodit,  
 Proditur, atque alto qui jurgia pectore tollat. 410

Cæruleus ponto cum se Delphinus in astra  
 Erigit, & squammam stellis imitantibus exit,  
 Ambiguus terræ partus pelagoque creatur.  
 Par ex diverso studet, & sociatur utrumque  
 In genus, atque uno digestus semine surgit. 415  
 Nam velut ipse citis perlabitur æquora pinnis,  
 Nunc summum sciendens pelagus, nunc alta profundî,  
 Et sinibus vires sumit, fluctumque figurat:  
 Sic venit ex illo quisquis, volitabit in undis,  
 Nunc alterna ferens in lentos brachia tractus, 420  
 Et plausâ resonabit aquâ: nunc æquore merfas

Dedu-

Deducet palmas furtivo remus in ipso:  
 Nunc in aquas rectus veniet, passimque natabit,  
 Et vada mentitus reddet super æquora campum.  
 Aut immota ferens in tergus membra latulque, 425  
 Non onerabit aquas, summisque accumbet in undis,  
 Pendebitque super tutum sine remige pontum,  
 Illis in ponto iucundum est quærere pontum,  
 Corpora qui mergunt undis, ipsumque sub antris  
 Nerea, & æquoreas conantur visere Nymphas: 430  
 Exportantque maris prædæ, & rapta profundo  
 Naufragia, atque imas avidi scrutantur arenas.  
 Adnumeres etiam illa licet cognata per artem  
 Corpora, quæ valido saliant excussa petauro,  
 Alternosque cient motus; elatus & ille 435  
 Nunc jacet, atque hujus casu suspenditur ille:  
 Membraque per flammæ orbisque emissæ flagrant  
 Molliter ut liquidis per humum ponantur in undis;  
 Delphinumque suo per inane imitantia motu,  
 Et viduata volant pinnis, & in aëre ludunt: 440  
 At si deficient artes, remanebit in illis  
 Materies tamen apta. Dabit Natura vigorem,  
 Atque alacres cursus, campoque volantia membra.  
 Sed regione means Cepheus humentis Aquarii.  
 Non dabit in lusum mores. Facit ora severa: 445  
 Frontes ac vultus componit pondere mentis.  
 Pascentur curis, veterumque exempla revolvunt  
 Semper, & antiqui laudabunt verba Catonis,  
 Tutorisve supercilium, patruique rigorem.  
 Componet teneros etiam qui nutriat annos, 450  
 Et dominum dominus prætextæ lege sequatur,  
 Quodque aget, id credat stupefactus imagine juris.  
 Quinetiam tragico præstabunt verba cothurno,  
 Cujus erit quamquam in chartis filius ipse cruentus,  
 Nec minus & scelerum facie, rerumque tumultu 455  
 Gaudebunt: atri luctum memorare sepulchri,  
 Ructantemque patrem natos, Solemque reversum,  
 Et

Et cæcum sine Sole diem: Thebana juvabit  
 Dicere bella uteri: mixtumque in fratre parentem:  
 Quærere Medæ natos, fratremque patremque: 460  
 Hinc vestes, flammæ illinc pro munere missas;  
 Aëriamque fugam; vectosque ex ignibus annos.  
 Mille alias rerum species in carmine dicent.  
 Forſitan ipſe etiam geſtus referetur in actis.  
 At ſi quis ſtudio ſcribendi mitior ibit, 465  
 Comica componet lætis ſpectacula ludis:  
 Ardentes juvenes, raptas ſub amore puellas,  
 Eluſosque ſenes, agilesque per omnia ſervos,  
 Quos in cuncta ſuam produxit ſecula vitam  
 Doctior in urbe ſua linguæ ſub flore Menander, 470  
 Qui vitæ oſtendit vitam, chartisque ſacravit.  
 Et ſi tanta operum vires commenta negarint,  
 Externis tamen aptus erit nunc voce Poëtis,  
 Nunc ſaturo geſtu; referetque affectibus ora,  
 Et ſua dicendo faciet; ſolusque per omnes 475  
 Ibit perſonas & turbam reddet in uno:  
 Aut magnos Heroes aget, ſcenique togatas.  
 Omnis fortunæ vultum per membra reducet;  
 Æquabitque choros geſtu, cogetque videre  
 Præſentem Trojam, Priamumque ante ora cadentem.  
 Nunc Aquilæ ſidus referam, quæ parte ſiniſtra 481  
 Rorantis Juvenis, quem terris ſuſtulit ipſa,  
 Fertur & extenſis prædam circumvolat alis:  
 Fulmina miſſa refert, & Cælo militat ales;  
 Bis ſextamque notat partem fluvialis Aquarii. 485  
 Illius in terris orientis tempore natus  
 Ad ſpolia & partas ſurget vel cæde rapinas.  
 Cumque hominum dederit ſtragès, dabit ille ferarum:  
 Nec pacem a bello, civem diſcernet ab hoſte:  
 Ipſe ſibi lex eſt, & qua fert cumque voluntas, 490  
 Præcipitat vires; laus eſt contendere cuncta.  
 Et ſi forte bonis acceſſerit impetus auſis,  
 Improbitas fiet virtus. Et condere bella,

Et

Et magnis patriam poterit ornare triumphis.  
 Et quia non tractat volucris, sed suggerit, arma, 495  
 Immissosque refert ignes, & fulmina reddit,  
 Regis erit, magnive Ducis per bella minister;  
 Ingentesque suis præstabit viribus usus.

Verum ubi Cassiope, bis denis partibus actis  
 Equorei Juvenis, dextra de parte resurgit, 500  
 Artifices auri faciet, qui mille figuris  
 Vertere opus possint, caræque acquirere dotem  
 Materiæ, & lapidum vivos miscere colores.  
 Sculptentem faciet sanctis laquearia Templis,  
 Condentemque novum Cælum per tecta Tonantis. 505

Hæc fuerat quondam Divis concessa figura:  
 Nunc jam luxuriæ pars est. Triclinia Templis  
 Concertant; tectique auro jam vescimur auro.  
 Hinc Augusta nitent sacratis munera Templis:  
 Et Mithridateos vultus induta trophæa: 510

Aurea Phœbeis certantia lumina flammis:  
 Gemmarum & Iulæ radiantes lucibus ignes.  
 Hinc Pompejæ manent veteris monimenta triumphi,  
 Et quod erat Regum decus, id fuit una malorum  
 Non extincta lues, semperque recens ea flammis. 515  
 Hinc lenocinium formæ, cultusque repertus  
 Corporis, atque auro quæsitæ est gratia frontis;  
 Perque caput ducti lapides, per colla, manusque,  
 Et pedibus niveis fulserunt aurea vincla.

Quid potius matrona velit tractare creatos 520  
 Quam factum revocare suos quod possit ad usus?

Ac ne materies tali sub munere desit,  
 Quærere sub terris aurum, furtoque latentem  
 Naturam eruere omnem, Orbemque evertere terræ  
 Imperat, & glæbas inter deprendere gazam, 525  
 Invitamque novo tandem perducere Cælo.

Ille etiam fulvas avidus numerabit arenas,  
 Perfundetque novo stillantia littora ponto,  
 Parvaque ramentis faciet momenta minutis.

Per-

Pertulit ut legeret censûs spumantis in aurum 530  
 Et perlucentes cuperet prensare lapillos.  
 Vorticibus mediis oculos immittet avaros;  
 Et coquet argenti glæbas, venamque latentem  
 Eruet, & silicem rivo saliente liquabit.  
 Et facti mercator erit per utrumque metalli, 535  
 Alterum & alterius semper mutabit in usus.  
 Talia Cassiope nascentum pectora fingit.  
 Andromedæ sidus sequitur, quæ Piscibus ortis  
 Bis sex in partes Cælo venit aurea dextro.  
 Hanc quondam pœnæ dirorum culpa parentum 540  
 Prodidit. Infestis totus cum viribus omnis  
 Incubuit pontus, timuit tum naufraga tellus.  
 Proposita est merces, vesano dedere ponto  
 Andromedam, teneros ut bellua manderet artus.  
 Hic Hymenæus erat, solâque in publica damna 545  
 Pro natis lacrimans ornatur victima pœnâ:  
 Induiturque sinus non hæc in vota paratos;  
 Virginis & vivæ rapitur sine funere funus.  
 At simul infesti ventum est ad littora ponti,  
 Mollia per duras panduntur brachia cautes, 550  
 Astrinxere pedes scopulis, injectaque vincla,  
 Et cruce virgineâ moritura puella pendit.  
 Servatur tamen in pœna vultusque pudorque.  
 Supplicia ipsa decent. Niveâ cervice reclinis  
 Molliter, ipsa suæ custos est sola figuræ. 555  
 Defluxere sinus humeris, fugitque lacertos  
 Vestis, & effusi scopulis hædere capilli.  
 Te circum Alcyones pennis planxere volantes,  
 Fleveruntque tuos miserando carmine casus,  
 Et tibi contextas umbram fecere per alas. 560  
 Ad tua sustinuit fluctus spectacula pontus,  
 Assuetasque sibi desiit perfundere ripas.  
 Extulit & liquido Nereis ab æquore vultum,  
 Et casus miserata tuos roravit & undas.  
 Ipsa levi flatu refovens pendentia membra 565  
 Aura,

Aura, per extremas resonavit flebile rupes.  
 Tandem Gorgonei victorem Persea monstri  
 Felix illa dies redeuntem ad littora duxit;  
 Isque, ubi pendentem vidit de rupe puellam,  
 Dirigit facie, quem non stupefecerat hostis; 570  
 Vixque manu spoliū tenuit, victorque Medusæ  
 Victus in Andromeda est. Jam cautibus invidet ipsis;  
 Felicesque vocat, teneant quæ membra, catenas.  
 At postquam pœnæ causam cognovit ab ipsa,  
 Destināt in thalamos per bellum vadere ponti, 575  
 Altera si Gorgon veniat non territus ire.  
 Concitat aërios cursus, flentesque parentes  
 Promissu vitæ recreat, pactusque maritum  
 Ad littus remeat. Gravidus jam surgere pontus  
 Cœperat, & longo fugiebant agmine fluctus 580  
 Impellentis onus monstri. Caput eminet undas  
 Scindentis, pelagusque movet. Circumsonat æquor  
 Dentibus, inque ipso rapidum mare navigat ore.  
 Hinc vastis urgent immensi torquibus orbes, 584  
 Tergaque consumunt pelagus. Sonat undique Syrtis,  
 Atque ipsi metuunt montes, scopulique ruentem.  
 Infelix virgo, quamvis sub vindice tanto,  
 Quæ tua tunc fuerat facies? ut fugit in auras  
 Spiritus! ut toto caruerunt sanguine membra!  
 Cum tua fata cavis e rupibus ipsa videres, 590  
 Adnantemque tibi pœnam, pelagusque ferentem,  
 Quantula præda maris! Sed pennis subvolat alte  
 Perseus, & Cælo pendens jaculatur in hostem,  
 Gorgoneo tinctum defigens sanguine ferrum.  
 Illa subit contra assurgens, conversa que frontem 595  
 Erigit, & tortis innitens orbibus alte  
 Emicat, ac toto sublimis corpore fertur.  
 Sed quantum illa subit semper jaculata profundo,  
 In tantum revolat, laxumque per æthera ludit  
 Perseus, & Ceti subeuntis verberat ora. 600

I

Nec

Nec cedit tamen illa viro: sed sævit in auras  
 Moribus, & vani crepitant sine vulnere dentes.  
 Efflat & in cælum pelagus; mergitque volantem  
 Sanguineis undis, pontumque extollit in astra.  
 Spectabat pugnam pugnandi causa puella, 605  
 Jamque oblita sui metuit pro vindice tali  
 Suspirans, animoque magis quam corpore pendet.  
 Tandem confossis subleat bellua membris,  
 Plena maris, summas iterumque renavit ad undas,  
 Et magnum vasto contextit corpore pontum, 610  
 Tunc quoque terribilis, nec virginis ore videnda.  
 Perfudit liquido Perseus in marmore corpus,  
 Major & ex undis ad cautes pervolat altas,  
 Solvitque hærentem vinctis de rope puellam,  
 Desponsam pugna, nupturam doré mariti. 615  
 Hic dedit Andromedæ Cælum stellisque sacravit,  
 Mercedem tanti belli, quod condidit ipsa:  
 Gorgone non levius monstrum, pelagusque levavit.  
 Quisquis in Andromedæ surgentis tempore ponto  
 Nascitur, immitis veniet, poenæque minister, 620  
 Carceris & duri custos, quo stante superbe  
 Prostratæ jaceant miserorum in limine mattes,  
 Per noctesque patres cupiant extrema suorum  
 Oscula, & in proprias animam transferre medullas;  
 Carnificisque venit mortem ducentis imago, 625  
 Accensisque rogis & stricta sæpe securi.  
 Supplicium vætigal erit. Qui denique possit  
 Pendentem e scopulis ipsam spectare puellam,  
 Vinctorum dominus, sociusque in parte catenæ.  
 Interdum poenis innoxia corpora servat. 630  
 Piscibus exortis cum pars vicesima prima  
 Signatur, terræ lumen fulgebit, & Orbi  
 Aërius nascetur Equus, Cæloque volabit,  
 Velocesque dabit sub tali tempore partus,  
 Omne per officium vigilantia membra ferentes. 635  
 Hic



Hic glomerabit equo gyros, dorsoque superbus  
 Ardua bella geret rector cum milite mixtus.  
 Nunc stadio fraudare fidem, poteritque videri  
 Mentiri passus, & campo tollere cursum;  
 Quamvis extremo citius revolaverit Orbe 640  
 Nuncius, extremum vel bis penetraverit Orbem.  
 Vilibus ille etiam sanabit vulnera succis  
 Quadrupedum: medicas artes ad membra ferarum  
 Noverit, humanos & quæ nascentur ad usus.

Nixa genu species, & Grajo nomine dicta 645  
 Engonasi, ingenicla juvenis sub imagine constans,  
 Dextra per extremos attollit lumina Pisces.  
 Hinc fuga nascentum, dolus, insidiæque creantur,  
 Grassatorque venit media metuendus in urbe;  
 Et si forte aliquas animo consurget in artes, 650  
 In prærupta dabit studium, vincetque periclo  
 Ingenium; aut tenues ausus sine limite gressus,  
 Certa per extensos ponit vestigia funes,  
 Et Cæli meditatus iter fastigia pendet  
 Apenninâ petens, populum suspendit ab ipso. 655

Læva sub extremis consurgunt sidera Ceti  
 Piscibus. Andromedam ponto Cæloque sequentis.  
 Hoc trahit in pelagi cædes & vulnera natos  
 Inquammigeri gregis. Extentis laqueare profundum  
 Retibus, & pontum vinclis arctare furentem. 660  
 Et velut in laxo securas æquore phocas  
 Carceribus claudunt raris, & compede neſtunt,  
 Incautosque trahunt macularum vimine thynnos.  
 Nec cepisse sat est. luctantur corpora nodis,  
 Expectantque novas acies: ferroque necantur, 665  
 Inſciturque suo permixtus sanguine pontus  
 Totus, cum toto jacuerunt littore prædæ.  
 Altera fit cædis cædes; ſcinduntur in artus  
 Corpora, & ex uno varius describitur usus:  
 Illa datis melior succis pars: illa retentis: 670

Hinc sanies pretiosa fluit, floremque caucoris  
 Evomit, & mixto gustum sale temperat oris.  
 Illa putris turba est, strages confunditur omnis,  
 Permiscetque suas alterna in damna figuras,  
 Communemque cibus usum, succumque ministrat. 675  
 At cum cæruleo stetit ipsa simillima ponto  
 Squammigerum nubes, terræque immobilis hæret,  
 Excipitur vastâ circumvallata saginâ,  
 Ingentesque lacus, & Bacchi dolia complet,  
 Humoresque vomit, sociâ per mutua dota, 680  
 Et fluit in liquidas tabes resoluta medullas.  
 Quinetiam magnas poterunt celebrare salinas,  
 Et pontum coquere, & ponti secernere virus,  
 Cum solidum certo distendunt margine campum,  
 Adpelluntque suo deductum ex æquore fluctum, 685  
 Claudendoque negant. Tum demum suscipit undas  
 Area, tum pontus per Solem humore nitescit.  
 Congeritur siccum pelagus, mensque profundi  
 Canities emota, maris spumæque rigentis  
 Ingentes faciunt tumulos, pelagique venenum. 690  
 Quodque erat usus aquæ succo corruptus amaro,  
 Vitali sale permutant, redduntque salubrem.

At revoluta polo cum primis vultibus Arctos  
 Ad sua perpetuos revocat vestigia passus,  
 Nunquam tincta vadis, sed semper flexilis orbe: 695  
 Ac Cynosura minor cum primâ luce resurgit,  
 Et pariter vastusve Leo, tum Scorpius acer  
 Noctæ sub extrema permittunt jura diei;  
 Non inimica feræ tali sub tempore natus  
 Ora feret; placidusque geret commercia gentis. 700  
 Ille manu vastos poterit frenare leones,  
 Et palpare lupos, pantheris ludere captis,  
 Nec fugiet validas cognati sideris uras,  
 Inque artes hominum, perversæque munera ducet.  
 Ille elephanta premet dorso, stimulisque movebit, 705

Tur-

Turpiter in tanto cedentem pondere cunctis.  
 Ille tigrim rabie solvet, pacique domabit;  
 Quæque alia infestant silvis animalia terras,  
 Junget amicitia secum, catulosque sagaces.

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

Tertia Pleiades dotabit forma sorores, 710

Femineum rubro vultum suffusa pyropo,  
 Invenitque parem sub te, Gynosura, colorem,  
 Et quos Delphinus jaculatur quattuor ignes;  
 Delotonque tribus facibus, similique nitentem  
 Luce Aquilam; & flexos artus per lubrica terga: 715

Tum quartum quintumque genus discernitur omne  
 E numero, summæque gradus qui jungitur Angui.

Maxima per minimos censa concluditur uno,  
 Quæ neque per cunctas noctes, neque tempore in omni  
 Resplendent alto Cæli summa profundo: 720

Sed cum clara suos avertit Delia cursus,  
 Cumque vaga est illa, & terris sua lumina condit:

Mersit & ardentes Orion aureus ignes;  
 Signaque transgressus mutat per tempora Phœbus,  
 Effulget tenebris, & nocte accenditur atra: 725

Tunc conferta licet Cæli fulgentia templa  
 Cernere feminibus densis, totisque micare

Floribus, ut sicca curvum per litras arena:  
 Nec spatium stellis, Mundo nec cedere summam;

Sed quot eant semper nascentes æquore fluctus, 730  
 Quot delapsa cadant foliorum millia silvis,

Amplius hoc ignes numero volitare per Orbem.  
 Utque per ingentem populus describitur urbem,

Præcipuumque Patres retinent, & proximum Equester  
 Ordo locum; populumque Equitæ, populoque subire 735

Vulgas iners videat etiam sine nomine turbam:  
 Nec etiam magno quædam respondere Mundo

Hæc Natura facit, quæ Cæli condidit orbem.  
 Sunt stellæ Procerum similes; sunt proxima primis  
 Sidera; suntque gradus; atque omnia juncta priori.  
 Maximus est populus, summo qui culmine fertur, 741  
 Cui si pro numero vires Natura dedisset,  
 Ipse suas æther flammæ sufferre nequiret,  
 Totus & accenso Mundus flagraret Olympo.



CHRI-

CHRISTOPHORI  
CELLARI  
ELEMENTA  
ASTRONOMIÆ

ad interpretandos Poetas aliosque  
veteres Scriptores  
accommodata .



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO



# R U D I M E N T A A S T R O N O M I Æ.



**A**STRONOMIA, quæ scientia astrorum, seu motus & quantitatis phænomenon cœlestium est, in *Sphericam* & *Theoricam* tanquam partes dividitur, ut illa generalis sit: hæc specialior de motu Planetarum.

In priore parte cœlum ejusque positiones & diversæ sphæræ, stellæ fixæ earumque primus & diurnus motus; circuli, plagæ, tractus, & quæ eo pertinent, considerantur.

*Cælum* non durum est, nec orbes in se solidos habet, ut antiquitas credebat: sed aura subtilissima, quam *ætheream* vocamus, pervia stellis, ut aqua piscibus, aut volucris aer. Incipit ab *atmosphæra* sive aere, sine interstitio, & ad extremam mundi superficiem prorogatur.

Aer contra, seu atmosphæra Terræ circumfusa, est aura crassior, quæ radios cœlestes non sine reflexione & refractione permittit, unde parallaxes sunt & falsæ apparentiæ, etiam crepusculum & diluculum, ut infra de usu Globi ostendetur.

In vastissimo ergo cœli spatio stellarum corpora si-

ra sine soliditate orbium suspensa sunt, sicut Terra in aere; motuque circulari, naturaliter imprefso, tam regulariter moventur, quam gravia per naturam descendunt, aut sursum ignis elevatur.

Stellarum aliae, & plurimae quidem, fixae dicuntur, non quod sine motu sint, sed quia eandem semper tum inter se, tum a Terra distantiam conservant: aliae *erraticae*, sive *planetae*, quas neque inter se, neque respectu fixarum, aut a nobis, distantiam eandem servant: cetera motum non vagum aut errabundum, sed mirabiliter regularem & legibus suis circumscriptum tenent. De quibus plura altera parte, quae Theorica appellatur, pro instituto edisseremus.

Fixae stellae tum magnitudine sua, quae sexplex statuitur, tum situ & hoc vel boreali, vel australi, aut similiter distinguuntur.

Maximae vocantur *primae magnitudinis*, suntque Arcturus, Lyra, Capella, Oculus Tauri, Cor Leonis, Cauda Leonis, Spica Virginis, Cor Hydrae, Cor Scorpii, Pes Orionis, Sirius, Romahant, & tres australes, nobis perpetuo latentes, Canobus in Navi, Acarnar in Eridano, & Pes Centauri.

*Secundae* magnitudinis stellarum principes sunt Procyon, capita Geminorum, Antares, & Aquilae, Ursa Major, Cassiopea, humeri & alter pes Orionis.

*Tertia*, stella polaris, Algol, & his aequales.

*Quarta* Propus in pede anterioris Geminorum, Haedi juxta Capellam, & similes: *Quinta*, Plejades; *Sexta*, Alcor, minima in cauda Urse majoris, & aliae visum subterfugientes, solis tubis perfectius detegendae.

Sunt praeterea *nebulosae*, ut praesepe in Cancro, oculus Sagittarii, & quae sequitur Scorpii aculeum. Non quidem hae omnes minimae, ut Galaxia sive

Via



Via Lactea minutissimarum stellarum congeries est: sed majores etiam in nebulosarum numero sunt, si lumine obtuso pallent, ut duæ magnæ & satis conspicuæ ad polum Antarcticum dicuntur esse.

Proprium fixarum est *scintillare*, quod lucem ingentiam illis, non a Sole acceptam, arguit: quemadmodum Planetæ sine scintillatione alienum, hoc est a Sole desumptum, lumen ostendunt, Venere forte excepta, quæ radios mobiliore spargit, quod materiæ splendidiori imputatur. Nec tamen semper eadem est causa scintillarum, sed aeris quoque mobilitati aliquid debetur, & ventosis noctibus vehementius videmus stellas scintillare, quam tranquillatis. Quod autem alii quoque Planetæ, cum Horizonti propinqui sunt, vibrare lumen conspiciuntur, id ab crassitie aeris est, per quem oculus in illos dirigitur.

Ratione *fixæ* sunt fixarum aliz *Septentrionales*, e quibus quædam nobis perpetuo apparent, ut Polo viciniore: aliz *Zodiacales*, ut duodecim Signa Zodiaci: aliz denique *Austerales*, quorum infimæ & Antartico polo propinquæ a nostro Horizonte & visu submotæ sunt perpetuo.

Cognoscuntur stellæ ex certis figuris, pro arbitrio priscorum hominum confictis, qui vero non ejusdem studii ac vitæ generis fuerunt. Quædam nomina debentur *agricolis & pastoribus*, ut Planctri, Aurigæ, Capellæ, Arietis, Tauri: quædam *venatoribus*, ut Ursarum, Leonis, Capricorni, Canum, Orionis, Leporis: quædam *nautis*, ut Ceti, Piscium, Navis, Fluminum, Aquarii: quædam *principibus*, ut Cepheus, Cassiopea, Corolla, Coma Berenices.

Principium *ἀσπρὴν ὥλας* in nostro hemisphærio est *stella polaris*, extrema in caudâ Ursæ minoris, tertie magnitudinis, polo Arctico seu boreali quam pro-

proxima, circa quam omnes alias stellas circumvolvi videmus. Cognoscitur hæc perfacile, si ex Plaustris, etiam plebeiis noti, rotis posterioribus lineam rectam in plagam ducis, quam vel ex usu domestico, vel magnetis indicio non ignoras septentrionalem esse. Si huic stellæ & proximæ in eadem cauda superponis triangulum æquilaterum, ut vertex ad Plaustrum sive Majorem Ursam vergat, punctum tibi vertex ostendet, quod quam brevissime a puncto polari & cardine mundi declinat.

Colore etiam distingui fixas volunt, ut liventes Saturno subdantur; Claræ Jovi; ferrugineæ Marti; flavæ Soli; buxæ Veneri; cineritiæ Mercurio, pallentes Lunæ: aut, quæ dubii coloris sunt, ut plurimæ sunt, duobus simul Planetis, v. g. Jovi & Marti Arcturus, Regulus, Sirius, cor Scorpis, Aquila; Marti & Mercurio Capella & aliæ, quæ vero nunc missa fatimur, quod superstitionem genethliacam astrologorum sapiunt.

#### FIGURÆ STELLARUM SEPTENTRIONALES.

URSA MINOR, etiam *Cynosura* dicta, fidus Polo boreali proximum, quem *Arcticum*, id est Ursum denominat. Extrema caudæ est stella *Polaris* directrix navigantium, regula plagarum, & quasi cardo stellarum conversionis.

URSA MAJOR, Græcis *ἀρκτα*, *Plaustrum*, ut nostris *der Wagen*, Latinis etiam, auctore Gellio lib. II. cap. XXI. *septem triones*, id est septem boves, quia inter alias septem notabiles stellas habet secundæ magnitudinis. Super mediam caudæ (aut temonis, si plaustrum est) qui lynces sunt, minutissimam stellam *Alcor* observant, nostris dictam *das Anechgen*. *Ursæ*, ἀρκτὸς, appellatio ex Calistis fabula est Ovidiana Metamorph. lib. II.

DRACO

DRACO inter utramque Ursam cauda sua dividit, *Virgil. 1. Georg. v. 245.* custos Hesperidum hor-  
torum, ab Hercule interfectus. *Hygin. Poet. Astr.*

BOOTES sive *Arctophylax*, Latine *Bubulcus*, Ursam Majorem a cauda insequitur, Arcas olim creditus, Calistus & Jovis filius. *Hygin.* Inter pedes *Arcturum* habet, primæ magnitudinis lucidissimam stellam.

CEPHEUS inter Cassiopeam & Draconem parvis stellis constans, Æthiopum rex, Andromedæ pater, maritus Cassiopeæ fingitur. Cicero lib. v. *Tuscul. cap. 111.* Nec *stellatus*, inquit, *Cepheus cum uxore, genero, filia tradereatur, nisi celestium divinum cognitis nomen eorum ad errorem fabulae traduxisset.* Adde Horat. III. od. XIX.

CASSIOPEA fulgentior & notabilior, quam Cepheus, maritus ejus: tota fere in Via Lactea, pingitur sedens in siliquaastro. *Hygin.*

ANDROMEDA, filia Cassiopeæ & Cephei, ce-  
to ad Joppen Palæstinæ, ut fabulæ tradunt, proposita, vinculis adfixa scopulo. Hanc dicitur Perseus liberasse, duxisseque uxorem. *Pomp. Mela lib. 1. cap. xi.* Situm in cælo sidus inter Cassiopeam & Triangulum, ejusque major in capite stella etiam figuræ alii inseruit, ut cum tribus Pegasi majoribus *Trapezium* constituat.

PERSEUS, Danaes & Jovis filius, victor Gorgonum in Africa, feminarum, Amazonum more belligerantium, quarum dux Medusa crines ex serpentibus habuisse, seu serpentibus se coronasse fingitur. *Diador. Sic. lib. III. cap. LV.* Hinc caput *Medusæ* in manu Persei a polo averfa, & in illo anguinæo capite lucidior stella *Algol.*

ERICHTHONIUS sive *Heniochus*, Latine *Auriga*, inter Perseum & Ursam majorem locatus, inventor quadrigarum. In humero *Capellam* gestat,

Jovis, ut creditum fuit, nutricem, primæ magnitudinis stellam: in sinistra manu *Hædos* stellulas magnitudinis quartæ.

**COMA BERENICES** inter *Arcturum* & pedes *Ursæ* majoris, candam *Leonis* versus, stellarum debiliū & nebulosarum congeries, nomen trahens a *Ptolemæi Philadelphi* filia, quæ pro marito & fratre *Evergeta*, in Persas moruro, *Veneri* comam suam vovit, si incolumis ex bello redierit. *Suspensam* *Conon*, mathematicus *Samius* subtraxit, & in cœlo locatam esse reginæ persuasit. Vide *Catulli* de hac *Coma* carmen: & *Hyginum* in *Leone*. Nam olim *Leonis* caudæ hæ stellulæ fuerunt adnumeratæ.

**CORONA** fingitur *Ariadnes*, *Minois* filiz, *Bacchi* conjugis fuisse; media illius lucidior instar gemmæ habetur. *Hygin.*

**HERCULES**, *Engonasi*, in γόνασι, sidus boreale, flexis genibus ita positum, ut pede caput *Dræconis*; vertice caput *Ophiuchi* fere contingat, & semper labi præceps videatur, quia pedes ad populum, caput in austrum protendit. Hinc est, quod in versu memoriali *Prolapsus* appellatur.

**LYRA**, aliis *Vultur cadens*, item *Fidicula*, Græcis *Chelys*, inter minores stellam habet fulgentissimam, primæ magnitudinis, quæ totius sideris commune sibi nomen facit. Figura ad *Orpheum* refertur, cujus lyram, domino a *Thyadibus* discepto *Musæ* credebantur in cœlo collocasse. *Hygin.*

**CYGNUS** sive *Olor* in *Lactea Via* quasi crucis formam figurat, unde *Christi Crucem* *Schickardus* cognominavit. Fictores poetæ ad *Jovem* referunt conversum propter *Nemesein* amatam in olorem. *Hygin.*

**TRIANGULUM** sive *Deltoron* ab aliis ad *Siciliæ* figuram, a pluribus ad *Aegyptum interamianam*

re-

refertur. Jacet inter Arietem & Andromedam.

PEGASUS, equus alatus, qui in Helicone fontem ungula fecit, Bellerophontis vector. Tres majores ejus stellæ, duæ in ala, una in armo, cum capite Andromedæ signant *Trapezium*.

EQUULEUS sive *Præsegmen* aut *seclio equi*, caput Pegasi antecedit quatuor minoribus stellis, representantibus caput equi. seclum.

DELPHINUS inter Pegasus & Aquilam medius aut Arionis gestator, aut Neptuni pronubus ab aliis fingebatur. Parvis stellis constat, decem forte numero, quarum præcipua est cauda tertiæ magnitudinis.

AQUILA, aliis *Vultur volans*, in Galaxia lucidum sidus, ab Cygno divergens in austrum, præter minores stellæ tres habet notabiles, in una linea positas, sed mediam notabiliorem, utpote magnitudinis secundæ.

SAGITTA per alam Aquilæ borealem transit, saltim attingit; qua Hercules vulturem, epar Promethei rodentem, trajecisse fingitur. Parvum & obscurum sidus est.

GANYMEDES sive *Antinous* sidus sub Aquila austrum versus, ex stellis parvis & informibus in formam cubantis pueri signatum. Nam utroque nomine puer notatur, illo Jovis, hoc Hadriani, de testandis amoribus infamis.

OPHIOCHUS *Serpentarius* & *Anguinenens* Latine, sidus magnum inter Herculem & Scorpionem positum hominis figura serpentem manibus prementis. Caput viri juxta caput Herculis in boream eminet: pedes in Scorpionem demittuntur: *Serpens* binis stellis, longa serie apparentibus, locatus ita, ut coronam videatur devoraturus. Variant mythologi in expositione. Quibusdam Hercules est & hydra Sangarii, Lydiæ fluminis: plures Carnabontem in-

interpretantur, Getarum in Mœsia regem, qui unum ex Cereris draconibus interfecerit: alii Phorbantem & Rhodium draconem intelligunt. Ad Hyginum.

Hæ stellæ inter Polum nostrum & Æquatorem conspicuæ: addunt alii ex informibus stellis duo sidera, *Camelopardalim* inter Cassiopeam, Perseum, & Aurigam, & *Jordanem* fluvium inter Ursam Majorem atque Leonem. Novissime Principum honori nova sidera ex informibus stellis collecta nominari intelligimus, ut vel solum *Scutum Sobieskianum*, & *Enses Electorales* argumento sunt, de quibus Acta Erudit. Lips. 1684. mense Augusto consulantur.

#### SIGNA ZODIACALIA.

**ARIES** aurei velleris, vector Phryxi & Helles in Helleponto, habet præter alias, tres præcipuas in capite stellas. Dorso inter Triangulum & Pleiades imminet *Apis* parvum sidus quatuor fere stellulis subobscuris definitum.

**TAURUS** in memoriam Europæ ab Joye deportatæ inter sidera relatus, in tergo habet *Pleiades* (quæ & *Vergilia*, & *Atlantides* dicuntur) nebulosas sex vel septem stellulas, quamvis longe plures telescopium deprehendat: in fronte vel facie *Hyades* cum *Parilicio*, hoc est *Oculo Tauri*, primæ magnitudinis stella, ita dicta, quod in Parilibus, xi. Kal. Majas oriebatur. *Plin. XVIII. 26. & ibi Harduin.* Vulgo *Palitium*, a Pale, pastorum dea dicitur.

**GEMINI**, Castor & Pollux, ex duabus stellis secundæ magnitudinis, quæ capita illorum representant, maxime conspicui: Corpora & pedes præcedunt sive Taurum versus propendunt. Quæ quar-  
ta

æ magnitudinis est in extremo pede sinistro Castoris, præcedentis Geminorum, *Propus* Græce, quasi propes, appellatur.

CANCER, Herculi, ut fingitur, immissus ab Iunone, contra hydram apud Lernam pugnantem, ut molestiam victori crearet. Parvis stellis constat, & in pectore habet *Afello*s magnitudinis quartæ cum *Præsepi* stella nebulosa, telescopio in plures dividenda. Hyginus, *Afini*, inquit, a *Libero* in testa *Canceri* duabus stellis omnino figurati, quorum ope Liber flumen trajecisset. Alii deos iis vectos tradunt, gigantibus bellum illaturos, vicisseque ruditu magis asinorum, quam suis armis. Inter Cancrum & Geminos parvulæ stellæ signant *Cancrum minorem*. De majoris situ Germanicus Cæsar: *Qua media est Helice, subjectum respice Cancrum*.

LEO, Nemeus ab Hercule, ut fabula est, interfectus, fulgens astrum, in quo cor & cauda sunt primi ordinis. Cor Leonis etiam *Regulus* & *Basiliscus* vocatur.

VIRGO, Themis sive Astræa, longum sidus, *Spicam* sinistra tenens primæ magnitudinis, in austrum demissam: sicut in ala ejus boreali notatur secundæ dignitatis stella, quæ & ipsa *Ala Virginis* appellatur, & *Vindemitor*. Vide infra Ortum Gominicum.

LIBRA, ab æquato Solis cursu dicta, & inde quæ pendet, diei & noctis æqualitate. Lanx australis est lucidior & secundi ordinis: ceteræ obscuriores. Lances veteribus etiam *Chela* dictæ, puta Scorpii, quia Libra olim & Scorpius pro uno sidere computabantur. Germanicus Cæsar in Arateis: *Insignes cælum perfundunt lumine Chela*. Adde Silium lib. XIV. v. 76.

SCORPIUS, sidus subditum pedibus Ophiuchi, Chelas seu branchias in Libræ signo habet, ut præ-

K

di.

diximus: *cor* primæ magnitudinis: ad aculeum insignis nebulosa. Dicitur & Scorpius *Nepa*. Vide infra Occasum Cosmicum in fine. Mythologia scorpionem Orionis interfectorem interpretatur. Confulite Hyginum.

SAGITTARIUS equinis cruribus & cauda satyri deformatum sidus aliis centaurum repræsentat, aliis pluribus Crotum, Euphemes Musarum nutricis filium, quia centauri sagittis careant, quibus hic instructus sit. Stellæ sidus habet minus notabiles, præter nebulosam in fronte: quæ arcum & sagittam formant, in Galaxiam incidunt.

CAPRICORNUS similis effigie Ægipani, quocum Iupiter nutritus dicitur: aliis Pan Typhonem fugiens in Nilum se dejecisse traditur, priore sui parte in hirci; posteriore in piscis formam conversa. Qui fabulas posthabent, hanc sideri figuram attribui putant, quod Sol in eo adscendere incipiat, sicut adscensu hoc genus gaudeat animalis. Præcipuas stellæ in cauda habet & quidem tertiæ magnitudinis.

AQUARIUS Deucalionem aliis cum cataclysmo; aliis Cecropem significare videtur, cujus temporibus aqua sola usi sint homines, vini usu nondum invento. Parvas stellæ habet: copiosiores in fluentis, quæ ex urna ejus sub Pegaso ad Fomahant usque effunduntur.

PISCES, Venus & Cupido mythologis, qui hac forma Typhonem gigantem effugerint, in Euphratem desilientes. Longius disjuncti sunt, alter borealis inter capita Andromedæ & Arietis reiectus: australis alter in Æquatore sub Pegaso. *Lino* tamen vinculo connectuntur, cujus medium & junctura *Nodus* vocatur, stellæ tertiæ magnitudinis. Ceteræ tam Piscium quam Lini stellæ ignobiliores sunt, quartæ & quintæ magnitudinis omnes.

Fi-



## FIGURÆ STELLARUM AUSTRALIUM.

Ultra Zodiacum in austrum vergunt

**CETUS**, Andromedam voraturus, a Perseo interfectus, sub Piscibus & Ariete in cœlo constitutus, insigniores stellas in ore tres, unam in cauda ostendit: reliquæ sunt minoris dignitatis. Ciceroni & Germanico *Pisces* sive *Pisces* appellatur.

**ORION**, omnium sidus fulgentissimum, genere Neptuni filius, studio venator fuisse traditur. Lucent ex eo pedes, humeri, cingulum, gladius, clypeus, clava: solum caput minutis stellulis constans, nebulosum quodammodo: clypeus autem Tauri capiti objectus, minores quidem, sed splendidas stellas habet, ut etiam clava inter Geminorum pedes & Tauri cornua. Sinister pes *Regel* Orientis dialecto, primæ magnitudinis est, & secundum quosdam etiam dexter humerus: reliquæ secundi aut tertii ordinis, sed tantæ lucis & nitoris, quantum in aliis sideribus haud observamus.

**LEPUS** proxime pedibus subjectus Orionis, seu potius cum iis conjunctus, duodecim minoribus stellis micat.

Ultimum sidus, quod in hoc tractu in austrum pendet, *Columba* est, Lepori supposita: sed vix Horizontem nostrum egreditur, ut in latentium fere numero haberi possit.

**ERIDANUS** fluvijs ab *Regel*, Orionis pede, emanat, & sub Ceti collo inflexus, in meridiem decurrit. Stellis distinctus minoribus præter initium & finem: ibi enim *Regel* connumeratur: heic *Acanar*, uterque primæ magnitudinis.

**PROCYON** sive *Canis minor*, sub Geminis positus, duas tantummodo stellas habet observabiles, secundi ordinis fulgentem in femore: minorem in collo.

CANIS MAJOR in meridiem maxime properdet, Lepori vicinus, in ore *Sirium* tenet stellarum maximam: in pede priore secundæ classis aliquam: ceteras mediocres. Ab hujus vel minoris Canis ortu Cosmico *Dies caniculares* nomen & initium sumunt.

Inter utrumque Canem *Monoceros* intercedit, collectus ex informibus & parvis stellis. Canem majorem ab ortu consequitur.

GALLUS Horizonti nostro incubans, quem viz decem gradibus superare potest. Nebulis ergo, quæ circa Horizontem sunt, etiam serena sæpe nocte, occultatur.

HYDRA longum sidus sub Canthro incipit, juxta quem caput minutis stellis formatur; & sub Leone & Virgine usque ad Libram protrahitur. Cor Hydræ stellarum primo ordini adnumeratur, sed secundi magnitudinem non excedit. Sub Virgine Crater Hydræ insidet, & prope Spicam *Corvus*. Fabulæ Corvum & Craterem Apollini dant, qui corvum emisit, ut cratere aquam sacrificio adferret: Hydram ad Æsculapium, aut alio reducant. Quæ antecedit *Argo Navis*, aut sequuntur *Centaurus* atque *Lupus*, quod summis tantum stellis nostro Horizonte emergunt, majorem sui partem suppressam tenent; sine explicatione prætermittuntur.

PISCIS NOTIUS sive *Austrinus* ore aquam ex signo Aquarii, cui subjacet, excipere videtur. Parvis stellis constat Horizonti incubantibus: ore tamen magnam tenet & primæ classis, quam *Femabant* dicunt, Arabes.

Quæ ulterius stellæ in austrum deprimuntur, ad unam omnes nostris regionibus occultatæ sunt, tanto ordine & tractu, quanto Ursæ & aliæ Polo vicinæ stellæ nobis lucent perpetuo, quod pluribus de Usu Globi infra ostendemus.

Hactenus de stellis fixis, quæ in regionibus ad  
aqui-

aquilonem sitis, Horizonte emergunt, & oculis se nostris obijciunt. Harum imitatrices sunt *novæ stellæ* eandem atque fixæ formam, lucem, motum servantes, sed raro prodeuntes, nec nisi brevi collucescentes tempore. Hujus generis præcipua & magna fuit, quæ 1572 in Cassiopea effulsit: & minores in pede Serpentarii & pectore Cygni a Schickardo observatæ: major in Ceti collo 1638 ab Holwarda: in eodem Cygno ab Hevelio 1670. & nuperime aliæ duæ in Cygno ab Lipsiensi astronomo Godofr. Kircherò perlustratæ, & Actis Eruditorum 1687. mense Novembri insertæ. Hujus ordinis stellæ, ut subito apparent, ita sensim evanescent, & tandem visui se post annum plus minus, aut biennium subducunt. Causam scrutari difficile est mortalibus. Multis tamen probabile videtur, non interire has stellas aut novas creari, sed tantum altiore loco demitti, ut conspici possint; & in eundem rursus attolli, cum oculis subducuntur.

#### DE SPHÆRA, AXE, CIRCULIS, ATQUE PLAGIS.

Sphæra corpus rotundum est, quod circa axem movetur: & cœlestis etiam sive mundana postulat axem concipi, per centrum transeuntem, circa quem fiat convolutio.

Repræsentatur machina, quam *Globum* vocamus, sive *cælum gestabile*, ut Cassiodorus appellat lib. 1. epist. XLV. Sunt etiam machinæ quædam non continua superficie, sed solis circulis constantes, quas *Sphæras Armillares* vocamus.

Extremitates axis *Poli* vocantur, quasi cardines conversionis: alter *Arcticus* sive septentrionalis, nobis semper elevatus: alter *Antarcticus*, id est septentrionali oppositus, sive austrinus, depressus nobis perpetuo. Nomina ab ἀρκτος *URSIS*,

hoc est sideribus septentrionali vicinis desumta sunt.

Circuli vel *maiores* sunt, sphaeram æqualiter in duo hemisphaeria secantes, ut Horizon, Meridianus, Equator, Zodiacus, Coluri: vel *minores*, qui dividunt sphaeram inæqualiter, ut Tropici & Polares.

HORIZON, Latine *Finitor*, circulus major est immobilis, in extremitatibus ductus, ad quas visus noster circuitu pertingit, atque ita hemisphaerium apertum ab occultato separat. Est vel *Rationalis*, qui ad cælum usque pertingere concipitur: vel *Sensibilis*, quem oculus in terra vel mari, quousque penetrare potest, circumquaque definit. Rationalis rursus vel *Verus* est, qui ex centro terræ; vel *Apparens*, qui ex superficie circumscribitur. Differentia utriusque semidiameter Terræ est, per se satis magna, sed minima respectu Cœli, aut omnino nulla, quippe terra vastissimo cœlo comparata pusillum corpus, & tantum non instar puncti censetur.

Horizontis poli sunt *Zenith*, punctum verticale: & *Nadir*, punctum vertici nostro in Antipodum hemisphaerio oppositum. Variat Horizon cum polis suis pro locorum diversitate; in machinis vero Globorum ligneo circulo representatur.

MERIDIANUS est circulus magnus immobilis per polos mundi & Horizontis (*Zenith* & *Nadir*) ductus, dividens hemisphaerium in orientale & occidentale, ad quem Sol constitutus medium diem efficit aut mediam noctem; etiam ceteræ stellæ ad hunc circulum elevatæ, in culmine seu maxima altitudine ab Horizonte sunt. Variat Meridianus pro longitudine locorum diversa, uti ex Geographia notum est. In Globis æneus circulus, Horizonti ad angulos rectos infixus, Meridiani vires sustinet.

ÆQUA-

**ÆQUATOR** sive *Æquinoctialis*, circulus major est, inter polos mundi cælum æqualiter dividens in septentrionale & australe hemisphærium, mensura diurnæ convolutionis atque temporum.

Ut enim omnis circulus in. ccclx. Gradus dividitur; ita singulis horis xv. Gradus supra Horizontem adscendunt, & totidem infra illum demittuntur. *Æquinoctialis* dicitur, quia, quoties Sol hunc circulum attingit, facit mundo æquinoctium.

**ZODIACUS** est circulus major & latus, oblique Æquatorem secans, viâ planetarum, in medietate sui tenens *Eclipticam* sive circulum solaris cursus definitorem.

Declinat. Zodiacus, vel Ecliptica potius; ab Æquatore xxiii. Gradibus ac dimidio, quantus scilicet angulus sectionis est. Dividitur autem in xii. partes tricenorum Graduum, quæ a figuris stellarum *Signa cælestia* appellantur. Sex *Signa* sunt *borealia*, quæ ab Æquatore in septentrionem inclinant, nempe  $\Upsilon$   $\varphi$   $\pi$   $\sigma$   $\Omega$   $\mathfrak{M}$ : totidem *australia* sunt, sive in meridiem ultra Æquatorem devertunt, ut  $\underline{\Omega}$   $\mathfrak{M}$   $\swarrow$   $\zeta$   $\approx$   $\chi$ . Sex etiam *Signa* dicuntur *adscendentia*, in quibus Sol ab austro in aquilonem adscendit, sive vertici nostro fit propior, ut  $\zeta$   $\approx$   $\chi$   $\Upsilon$   $\varphi$   $\pi$ : totidem *descendentia*, in quibus Sol a septentrionali plaga austrum versus descendendo movetur, & a vertice nostro magis atque magis recedit, ut sunt  $\sigma$   $\Omega$   $\mathfrak{M}$   $\underline{\Omega}$   $\mathfrak{M}$   $\swarrow$ . Contrarium est in Sphæris australibus, sive apud eos, qui ultra Æquatorem habitant.

Latitudo Zodiaci tanta est, quantus excursus ab Ecliptica, sive Solis via, est ceterorum Planetarum, e quibus Venus longissime, alterutrumque ix. gradibus evagari potest: Sol autem ab Ecliptica

nunquam recedit, quæ causa est, ut eclipses in hoc circulo, vel prope eum eveniant omnes. Mensura est etiam Ecliptica tam Longitudinis, quam Latitudinis Stellarum, quod infra de Usu Globi pluribus explicabitur.

**COLURI** sunt duo circuli magni transeuntes per polos mundi & se mutuo ad angulos rectos secantes. Qui æquinoctialia puncta, id est principium Arietis & Libræ transit, dicitur *Colurus Æquinoctiorum*: alter transiens per puncta solstitialia, principium Cancris & Capricorni, & una per polos Eclipticæ; dicitur *Colurus Solstitialium*. Officium eorum est quadrantes anni determinare, qui initia sumunt quoties Sol eo in Ecliptica pertingit ubi hæc a Coluro secatur. Alter ergo veris & autumnis: alter æstatis atque hiemis initia definit.

Missis circulis minus principalibus, ut sunt Longitudinis, Latitudinis, Positionum, Verticales, Altitudinis; duo genera necessariorum addimus Tropicos & Polares.

**TROPICI** duo circuli sunt minores, *Æquatori* paralleli, & Eclipticam tangentes, a *ῥέπειν*, *vertendo* dicti, quia Sol vertit iter, cum ad alterutrum horum circularum pervenit. Alter *Tropicus Cancris* ex vicino sidere vocatur, & septentrionalis est: alter, qui australis est, *Tropicus Capricorni*, propter eandem rationem. Mensurant longissimam Eclipticæ ab *Æquatore* digressionem.

**POLARES** sunt duo circuli minores Tropici & *Æquatori* paralleli, & polo tantum dimoti, quantum Tropici ab *Æquatore*. Qui septentrionem spectat, *Polaris Arcticus* vocatur: qui polum Antarcticum ambit, *Polaris Antarcticus*.

Ex circulis noscuntur *Zonæ*, *Sphæræ*, & *Tractus* sive *Plagæ*.

Inter duos Tropicos est *Torrída Zona*, per *Æquatorem*

torem divisa in aquilonalem & austrinam partem: inter Tropicos & Polares Zonæ *Temperatæ*, & quidem inter Tropicum Cancrī & Polarem Arcticum, *Temperata septentrionalis*: inter Tropicum Capricorni & Polarem Antarcticum Zona *Temperata australis*. *Frigidæ* denique sunt utrimque a Polaribus circulis ad ipsum Polum, altera *septentrionalis*, altera *austrina*. Neque in sola terra sunt Zonæ, sed in ipso etiam cœlo, quemadmodum Virgilius dixit Georg. 1. v. 233.

*Quinque tenent cœlum Zonæ &c.*

**SPHERA**, ex habitudine Æquatoris ad Horizontem judicata, triplex est, Recta, Obliqua, Parallela.

*Sphæra Recta* est, in qua Æquator cum Horizonte angulum rectum facit & per verticem transit, Polis Horizonti incumbentibus. Talis Sphæra est terricolis qui circa Æquatorem habitant. Adfectiones ejus sunt, omnes stellas totius cœli videre, nullasque agnoscere perpetuo latentes: deinde dies & noctes per totum annum æquales habere, sive continuum æquinoctium: denique duas hiemes & duas æstates habere, anno unoquoque. Hiems enim est cum Sol longissime a vertice recessit; quod bis fit in hac Sphæra, Sole ad alterutrum Tropicorum secedente. Æstas vero est cum Sol vertici adpropinquat; quod bis huic Sphæræ, videlicet in æquinoctiis contingit.

*Sphæra Obliqua* est, in qua Æquator cum Horizonte facit angulos obliquos, quod maxime fit in Zonis *Temperatis*. Adfectiones hujus sunt, quasdam stellas habere perpetuo apparentes; aliquas latentes semper: deinde inæquales habere dies & noctes, quod ab inæqualiter oriente *Ecliptica* est: denique unam æstatem unamque hiemem habere.

*Sphæra Parallela* est, in qua plures circuli, id  
est

est Tropici & Polares, sunt Horizonti paralleli, & Æquator cum ipso Horizonte congruit & unum circulum facit. Hunc cœli positum habent, qui Zonas frigidas inhabitant, saltem partes earum Polo propinquiores. Adfectiones sunt eas tantum stellas videre, quæ cis Æquatorem sunt: ceteras perpetuo habere occultatas: deinde Unum anno diem habere, sed semestrem, Sole in Signis borealibus versante: Unam etiam ejusdem moræ noctem, Sole Signa australia, semper ibi suppressa, pervadente.

PLAGÆ sunt tractus ex certo terræ puncto ad cœlum versus producti, & *Perpendiculares* quidem, Zenith & Nadir, de quibus dictum est: *Horizontales*, rursus vel *Cardinales*, ab Æquatore partim, ut Oriens & Occidens; partim a Meridiano, ut Septentrio & Meridies, in Horizonte signatæ: vel *Intermediae*, quæ mixtis nominibus notantur, ut *Nord-Ost* & *Nord-West*: *Sud-Ost* & *Sud-West*. Reliquæ divisiones, in terris non facile observatæ, nautis, quibus perutiles sunt & necessariae, relinquuntur.

### ORTUS ET OCCASUS POETICUS.

Ortus & Occasus, non communis & diurnus, sed proprius & singularis, dividitur in *Astronomicum*, id est Adscensionem & Descensionem Rectam vel Obliquam, sive certum arcum Æquatoris cum dato Eclipticæ puncto vel recte vel oblique adscendentem vel descendantem: & *Poeticum*, qui œconomiae, rei rusticæ, & historiarum scriptoribus, maxime vero *Poetis*, unde nominatur, in temporibus signandis usitatus est. Dividitur in *Cosmicum*, id est matutinum: & *Acronychum* sive vespertinum: & *Heliacum* respectu Solis radiorum stellam vel occultantium, vel deferentium.

Ortus



*Ortus Cosmicus* est, quando Sole oriente stella simul in Horizonte ortivo exoritur.

*Occasus Cosmicus*, quando mane Sole oriente stella simul opposito seu occiduo Horizonte demergitur.

*Ortus Acronychus* est, quando Sole occidente simul stella ex adverso in ortivo Horizonte oritur :

*Occasus Acronychus*, quando Sole occidente simul occidit in eodem Horizonte stella. Ergo vox *Acronychus* ἀπὸ ἀκρὸς τῆς νυκτὸς, a *summitate* vel *initio noctis* dicta, idem sonat quod *vespertinus*.

*Ortus Heliacus*, cum stella, adhuc Solis radiis propter vicinitatem tecta, incipit emergere & videri, Sole in ultiores gradus Eclipticæ promotus.

*Occasus Heliacus*, cum Sol motu secundo fit propior stellæ, eamque radiis suis occultat.

#### EXEMPLA ORTUS COSMICI.

De *Arcturo* Hesiodus Op. & Dier. v. 608. Ἀρκτῦρον δ' εἰσὶν ῥοδδᾶκτυλος ἦως, cum *Arcturum aurora* inspexerit, sub initium Septembris, Sole existente in Virgine. Columella lib. ix. cap. xiv. *A Canicula fere post diem quinquagesimum Arcturus oritur*, & paucis interjectis: post *Arcturi exortum circa æquinoctium Librae*. Et Thucydides ii. p. 152. πρὸς ἀρκτῦρον ἐπιτολᾶς.

De *Capella* Ovidius lib. V. v. 113.

*Nascitur Olenia signum pluviale Capella*, Maio mense ineunte, Sole per Taurum fere progressu. Plinius lib. xviii. cap. xxvi. VIII. *Idus Masi exoritur Capella pluvialis*. De *Pleiadibus* Hesiodus ineunte lib. ii. πλειάδων ἐπιτελλομένων, mense Junio.

De *Virginis ala boreali* Plinius lib. xviii. cap. xxxi. XII. *Calend. Septembris stella quæ Vindemitor*  
appel-

*appellatur, exoriri mane incipit, vindemia maturitatem promittens. Columellæ ( xi. cap. ii. ) quadriduo post VII. Calend. Septembris Vindemitor mane exoritur.*

### EXEMPLA OCCASUS COSMICI.

Utramque heic paginam *Vergilia* faciunt sive *Pleiades*. Livius lib. xxi. cap. xxxv. iter Hannibalis describens, *Fessis, inquit, tædio tot malorum, nivis etiam casus, occidente jam Vergiliarum sidere, ingentem terrorem adjecit: quod Polybius lib. iii. cap. liv. effert διὰ τὸ συνάπτειν τῇ τῆς πλειάδος δύσει.* Curtius lib. v. cap. vi. *interiorem Persidis regionem sub ipsum Vergiliarum sidus petiit.* Virgilius Georg. I. v. 221.

*Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur:*

& Hesiodus ineunte libro ii. *πλειάδων δυσσομενῶν, Pleiadum sidere occidente.* Omnes hi adultum Octobr. intelligunt sive initia etiam Novembris Sole Scorpionis signum percurrente. Columella de Virgilio versu lib. ii. cap. viii. *Absconduntur Atlantides altero & trigesimo die post autumnale æquinoctium, quod fere conficitur IX. Calend. Octobres.* Et Plinius lib. xviii. cap. xxv. *Vergiliarum, inquit, maturitæ occasus hiemem incoat.*

*Hyadum, & Orionis, ut propinquorum Pleiadibus siderum, eadem conditio est, quamobrem etiam ab Hesiodo conjunguntur.* lib. ii. *ἐπὶ δὲ πλειάδεις δ' Ὀρίωνος τε, τότε σείνοσ' Ωκυπέτης Δύνασσι.* De Orione Theocritum adde idyll. vii. v. 54 ubi pariter tempus & mora Solis in Scorpione signatur; & Diodorum Sicul. lib. xix. cap. liv.

De *Lyra* Plinius c. l. *inter solstitium & æquinoctium. autumnæ Fidiculæ occasus autumnum incoat die XLVI.* Columella lib. xi. cap. ii. *Pridie idus*

*Augu-*

*Augusti, Fidis occidit mane, & autumnus incipit.*

De Bootæ Ovidius III. Fastor. v. 405.

*Sive est Arctophylax, sive est piger ille Bootes,  
Mergetur, visus effugietque tuos.*

Occidit Arcturus, præcipua Bootæ stella, cum initio Scorpii, Sole in signo opposito existente.

De Leone Ovidius I. Fast. v. 655.

*-- -- ignis venienti nocte Leonis,*

*Qui micat in medio pectore, mersus erit.*

& lib. II. v. 77.

*Dumque Lyram quæret, medii quoque terga Leonia*

*In liquidas subito mersa videbit aquas.*

Ibi adultus Januarius; heic Februarii initium notatur, utrobique in Aquario versante Sole.

De Cancro Ovidius I. Fast. v. 313.

*Ocīpedis frustra quærentur brachia Cancri,*

*Præceps occiduas ille subibit aquas.*

id est III. Nonas Januarias, cum Sol est in medio fere Capricorno, atque ita in Cancri oppositione.

De Scorpione Columella XI. lib. II. cap. Pridie

Nonas Majas Nepa medius occidit. Nepa est Scorpius,

ut Cicero quoque vocat II. Nat. Deor. cap.

XLII. pectusque Nepæ, & Manilius lib. II. v. 32.

ictuque Nepam, spolioque Leonem; Et marsu Cancrum.

## EXEMPLA ORTUS ACRONYCHI.

De Bootæ Ovidius II. Fast. v. 153.

*Tertia nox veniet, custodem protinus Urse*

*Adspicies geminos exeruisse pedes.*

III. idus Februarii signat. Columella lib. IX.

cap. XIV. Ortus Arcturi, qui est idibus Februarii,

sub adventum hirundinum. Ex quo & Hesiodi ver-

sum lib. II. v. 565. Ἀρνίους ἐπιτέλλεται ἀρνιόφωνος,

interpretari possumus.

De

De *Hædis* Ammianus Marcellinus lib. XIX. cap. XVIII. *autumno præcipiti, Hædorumque improbo fidere exorto.* Et Theocritus idyll. VII. *ἐφ' ἐσπερίῳ ἐταῖρῳ, sub vespertinis Hædis, id est sub exortum illorum vespertinum, qui Sole in Scorpio morante, Octobri mense contingit.*

De *Pleiadibus* Ovidius I. Pont. eleg. VIII.

*Ut careo vobis Stygias detrusus in oras,*

*Quattuor autumnos Pleiæ ortæ facit.*

Oritur autem vespere, cum Sol in Scorpione, signo opposito est.

De *Hyadibus* Plinius lib. XXVIII. cap. XXXI. *Sexto Calendas Novembris Suculæ vesperti exoriuntur.* Suculæ sunt Hyades, quasi ab ὕς *sus* Græcum nomen esset, quod improbat Plinius cap. XXVI. non ab ὕει *pluere.*

#### EXEMPLA OCCASUS ACRONYCHI.

Ovidius II. Fast. V. 75.

*Illæ nocte aliquis, tollens ad sidera vultum,*

*Dicet, Ubi est hodie, quæ Lyra fulsit heri.*

IV. Nonas Februarii, Sole in XVIII. gradu Aquarii, & de *Delphino* V. 79.

*Quem modo cælaturæ stellis Delphina videbas,*

*Is fugiet visus nocte sequente tuos.*

Idem fere tempus notatur circa Calendas Februarii.

De *Orione* Æneid. VII. V. 719.

*Sævus ubi Orion hibernis conditur undis.*

#### EXEMPLA ORTUS HELIACI.

Virgilius I. Georg. V. 222.

*Gnosiaque ardentis decedat stella coronæ.*

Sole ex *Libra* in *Scorpionem* transeunte.

De *Arcturo* Plinius II. 47. *Arcturi sidus, quod*  
exori-

exoritur undecim diebus ante æquinoctium autumnii. Quod forte tempus etiam Thucydides intellexit, cum lib. II. f. 152. ait, Lacedæmonios Plataearum obsidione discessisse *περὶ ἀρκτὺς ἐπιτολὰς*. Quamvis etiam de ortu Cœsmico, qui parvo tempore Heliacum antecedit, haud inepte interpretari possis.

De Orione Hesiodus v. 596.

*Εὐρ' ἂν πρῶτα πανῇ σθένος Νειῶνος*, in Junio, Sole in fine Geminorum constituto. Quo referunt etiam Polybii verba lib. I. cap. xxxvii. navigasse in Africam Romanos *μεταξὺ ὠρίωνος ἔ' Κυνὸς ἐπιτολῆς*, inter Orionis & Canis exortum.

#### EXEMPLA OCCASUS HELIACI.

Plinius lib. xviii. cap. xxix. de Cane: *Post dies undeviginti ab æquinoctio verno, per id quadri-duum, varia gentium observatione, IV. Calendas Maii, Canis occidit, sidus & per se vehemens, & cui præoccidere Caniculam necesse sit. Columella lib. xi. cap. ii. Pridie Calendas Maias Canis se vespere celat.*

Et Virgilius Georg. I. v. 217.

*Candidus auratis aperit cum cornibus annum*

*Taurus, & adverso cedens Canis occidit astro,*  
ubi cum Tauri Cœsmico ortu conjungitur Canis occasus Heliacus.

Quæ de Lyra Ovidius dicit I. Fast. v. 654.

*Fulgebit toto jam Lyra nulla polo:*

& lib. II. v. 76.

*Dicit, Ubi est hodie, quæ Lyra fulsit heri.*

quamvis iste locus de occasu Cœsmico; hic de occasu Acronycho exponatur; possunt tamen etiam de Heliaco occasu intelligi, qui parvo tempore Acronychum præcedit.

Plura

Plura de Poëtico ortu & occasu legantur Plinii libro XVIII. & Columellæ lib. IX. cap. XIV. ac lib. XI. cap. II. Sæpe tamen laxè tempora poetæ designant, nec eandem cœli positionem respiciunt, sed plures ad clima Alexandriæ, ubi astronomia præcipue excolebatur; multi etiam ad Achajæ situm & Bœotiæ animum adverterunt.

## PROBLEMATUM DE USU GLOBI CÆLESTIS.

### I.

*Globum cœlestem ad Phenomena  
representanda præparare.*

1. Statuatur alveus Globi ad analogas mundi plagas beneficio acus magneticæ.
2. Elevetur Polus ad Latitudinem loci ex quo observatio instituenda.
3. Inquiratur locus Solis ad Tempus datum ex calendariis vel Horizonte Globi.
4. Inventus ille Solis in Ecliptica gradus applicetur Meridiano.
5. Index horarius applicetur ad horam diei duodecimam: inde revolves Globum vel in Orientem vel in Occidentem, donec illam horam Index ostenderit in qua observationes cœlestes sunt instituendæ.

### II.

*Investigare, quæ hora sit certa aliqua stella  
oritura vel occasura.*

Globo secundum Problema I. præparato stella data Horizonti vel ortivo vel occiduo applicetur,  
tum

tum index horarius horam quæsitam ortus vel occasus ostendet.

### III.

*Amplitudinem stellæ per Globum determinare.*

Admoveatur stella Horizonti ortivo vel occiduo, & numerentur gradus inter Æquatorem & stellam in Horizonte positam, qui gradus determinabunt *Amplitudinem* quæsitam, quæ si ab Æquatore vergit ad Septentrionem, Septentrionalis; sin fecus, Australis appellatur.

### IV.

*Summam elevationem stellæ indagare.*

Altissima stellæ supra Horizontem elevatio invenitur, si stellam ad Meridianum duxeris, & gradus in Meridiano, qui inter stellam & Horizontem sunt, numeraveris. Tempus autem *culminationis* (ita vocant artifices hanc elevationem) deprehenditur, si Globus ad diem & horam præparatur modo antea dicto. Tunc si stella ducatur sub Meridianum, tempus quæsitum index horarius monstrabit.

### V.

*Pro quolibet loco stellas perpetuo apparentes vel perpetuo latentes invenire.*

Si Polus pro cujuslibet loci Latitudine vel septentrionali vel australi elevatur, res perfecta est.

### L

### VI.

## V I.

*Distantias stellarum Sphæricas experiri.*

Extendatur circinus, ut alterum crus hanc, alterum illam stellam signet, quarum investiganda est distantia. Divaricationem circini applicabis ad circulum aliquem magnum, id est Meridianum vel Æquatorem, qui gradus determinabit distantiae quæsitæ.

## V I I.

*Stellarum declinationem invenire.*

Promoveatur stella ad Meridianum, sic gradus in Meridiano, stellæ applicatæ imminens, indicabit declinationem stellæ vel Septentrionem versus vel Meridiem, numero graduum expresso.

## V I I I.

*Longitudinem & Latitudinem stellarum determinare.*

Quadrans æneus vel chartaceus extremitate sua altera figatur in Polo Eclipticæ, qui stellæ, cujus Longitudinem vel Latitudinem quæris, est propior. Fixus ita quadrans, & per stellam datam simul ductus, in Eclipticæ determinabit gradum Longitudinis, h. e. signi cœlestis, in quo stella dicitur suam habere Longitudinem: arcu vero suo, intercepto inter Eclipticam & datam stellam, metietur idem quadrans Latitudinem stellæ quæsitam.

IX. Al-



## I X.

*Altitudinem stellæ ad horam datam invenire.*

Globo ad diem & horam datam præparato atque ita immoto, applicetur quadrans ad punctum verticale, ita ut arcu suo transeat per stellam datam: tunc gradus quadrantis stellæ imminens determinabit altitudinem quæsitam.

## X.

*Ortum & Occasum Cosmicum ad quodvis tempus representare.*

Præparato Globo admoveatur locus Solis Horizonti ortivo, & Globo sic immoto, quæcunque stellæ consistunt in Horizonte ortivo, dicuntur Cosmice oriri. Contra, quæ, Globo in eodem situ manente, consistunt in Horizonte occiduo, Cosmice occidere dicuntur eo tempore quo Sol istum Zodiaci locum occupat.

## X I.

*Tempus stellæ Cosmice orientis vel occidentis invenire.*

Stella data admoveatur Horizonti ortivo, si ortum quæris: vel occiduo, si occasum Cosmicum inquiris. Qui tunc in utroque exemplo gradus Eclipticæ in Horizonte ortivo prodit, tempus quæsitum accurate determinat.



## X I I.

*Ortum & occasum Acronychum invenire.*

Admoveatur locus Horizonti occiduo & stellæ in Horizonte ortivo consistentes acronyche oriuntur: in occiduo constitutz, acronyche occidunt.

## X I I I.

*Tempus ortus & occasus Acronychi pro aliqua stella determinare.*

Stella illa ducatur in Horizontem, occiduum, tum qui simul gradus Eclipticæ descendit sub eundem Horizontem, notabit diem occasus stellæ: Revoluta stella ad Horizontem ortivum, gradus Eclipticæ in opposito Horizonte occiduo determinabit diem ortus stellæ dictæ acronychi.

## X I V.

*Ortum & occasum Heliacum describere.*

Stella aliquamdiu non visa, quando in Horizonte ortivo emergit Sole ultra terminum diluendi depresso, Heliace oriri dicitur: contra Sole occidente, quæ stellæ paulo post occidunt, antequam Sol spatium crepusculi percurrerit, occidunt Heliace. Breviter: quæcunque stellæ loco Solis sunt viciniores, ut propter ejus lucem dispareant, Heliace occidunt: progrediente Sole in aliud signum, si rursus se manifestant, oriri dicuntur Heliace.

XV. Cre-

## X V.

*Crepusculi moram determinate.*

Preparato Globo deprimatur locus Solis sub Horizontem ortivum eo usque, ut inter locum Solis & Horizontem intersit spatium decem & octo graduum, quod quadrans ad angulum rectum ex Horizonte demissus emetietur. Quantum temporis tunc intercedet, donec locus Solis ex illo profundiore statu supra Horizontem adscendat, ( tempus autem ostendet Index horarius ) tantum erit crepusculum matutinum seu diluculum. Contra si locum Solis deprimas ita ex Horizonte occiduo infra illum ipsum, ad decimum octavum usque gradum, habebis finem crepusculi vespertini, seu noctis verae initium. Et si simul indice horario observaveris horas a depressione Solis infra Horizontem, usque dum veniat ad decimum octavum illum gradum, moram crepusculi determinate potes.

Quae supersunt Problemata de *diversitate Sphaerarum* & de *aestatis* ac *hiemis* intervallo ac permutatione, *noctisque* & *diei* spatiis determinandis, in Geographia exposuimus, unde repeti & in Sphaericam quoque reduci possunt.

## T H E O R I C A

## SIVE THEORIA PLANETARUM.

**M**OTUS in Planetis praecipue admirandus est, non *primus* & diurnus, ab ortu in occasum; sed *secundus*, ab occasu in ortum secundum Eclipticae tractum, quemadmodum *primus* pro norma habet Aequatorem. *Secundus* autem *motus* est verius

*privatio* motus primi, dum Planeta, qui ex eodem gradu cum stella fixa motu primo per orbem rapitur, tardius ad idem punctum, unde commune motus initium erat, revertitur, quam stella fixa; quod cum etiam altero & sequentibus diebus fiat, accidit tandem, ut certo spatio temporis Planeta per integrum orbem tarditate sua remaneat, & quasi contrario motu revolvi censeatur.

Hic autem *motus secundus* non tantum est *longitudinis* per Eclipticam in ortum ab occasu, ilque vel *verus* & inaequalis sive *apparens*; vel *medius*, aequalis & temperata proportionem distributus: verum etiam *latitudinis*, ab Ecliptica utrinque in austrum vel aquilonem declinans. Maxima latitudo est viginti fere graduum, utrinque fere decem ab Ecliptica.

Nec soli Planetae motum secundum habent, sed ipsae etiam stellae fixae, quamvis haec ita lentum, ut septuagenis annis vix unum gradum sentiantur promovisse. Attamen saeculorum decursu magnam spatium conficitur, & Zodiaci stellae pene integro signo ex sede primae observationis & denominationis recesserunt, quod astrologiae vanitatem docet, dum spatio adhuc, non stellis regressis, efficacia secundum gradus & signa imputatur.

*Latitudinis modus* est a divergentia orbium Planetarum, qui Eclipticae non sunt paralleli, aut eadem strictim subditi vel superpositi; sed divergunt quodammodo, altera sui parte in boream, altera in austrum declinantes.

Nec orbis Planetarum idem, quod Terra, centrum habent, sed sunt *eccentrici*; unde consequitur, ut Planeta nunc in *apogeo* sit, sive a terra remotissimus, nunc in *perigeo*, sive quantum fieri lege orbium potest, terrae eidem quam proximus. *Eccentricitas* etiam causa est, ut Planeta vel *directus*

&amp; ve-

& *velox*, vel *retrogradus*, vel *stationarius* denique videtur, quod artifices per fictos *epicyclos* solent demonstrare; alii figuram orbium non nihil *ovalem* in subsidium vocant eccentricitati.

Quæ ut planius intelligantur, tres sunt *Hypotheses* de orbibus aut situ mundanorum corporum: *Ptolemaica* quæ ex Terra tanquam centro omnes orbes *παράλληλος* & æqualiter circumscribit, Igais, inquam, Lunæ, Mercurii, Veneris, Solis, Martis, Jovis, Saturni, & tandem Fixarum & primi mobilis. Sed hæc dudum explosa fuit & falsitatis convicta. Secunda est *Tychonica*, a Tychone de Brahe inventa, quæ Terram in centro mundi fixam ponit, Planetarum autem orbes eccentricos constituit, ut ex schemate manifestum est. Tertia *Copernicana* Nicolai Copernici, quamlibet Philolaus Pythagoricus etiam tenuisse traditur, Solem centrum mundi facit & immobilem; Terram vero mobilem, ut ceteros planetas, circa Solem volvi censet: & hæc admiratores habet doctissimos viros, licet *Tychonica*, doctrinæ causa, in scholis retineatur.

**SOL** princeps Planetarum, formaliter calidus, ut ex *faculis* ejus, etiam ex ustivis speculis probatur. *Macule* quoque in illo, id est nubeculæ observantur. Motum secundum conficit cursu annuo SSS. ( hoc est *secundum Signorum seriem* ) sive ab occasu in ortum: caret autem motu latitudinis, quia *Eclipticam* non egreditur.

**LUNA**, ut inter cœli corpora terræ nostræ proxima est, ita eidem, admodum similis apparet, etiam montibus & maribus distincta. Motus longitudinis est mensstruus: latitudinis ad quinque gradus ab *Ecliptica* recedit. Varias *phases* admittit, quatuordecim semper dimidius ejus orbis a Sole illustratus est. Prout enim propior Soli vel remotior

est, luminosum hemisphaerium vel totum vel ea parte ostendit terricolis: interdum plane occultat. Hinc *plenilunium*, *novilunium*, Luna *gibbosa*, *διχόρομος*, quasi *bisecta*, item *cornuta* sive *falcata*.

SATURNUS, planeta supremus, periodum xxx. fere annis absolvens: latitudinis motum ad tres ferme gradus promittens. *Ansulatus* apparet, nec tamen semper eadem facie: annulo enim circumdatus deprehenditur, qui pro diverso ad terram positu ansarum formam sed aliam atque aliam nobis exhibet. Recentissimi *quinque Circum Saturninos*, tanquam parvos planetas, quorum etiam motum describunt, observarunt.

JUPITER, Saturno proximus, striatus, periodum fere xii. annis absolvit. Circa hunc quatuor minores stellas Galilaeus Florentinus observavit, quas *Circumjoviales*, etiam *satellites Jovis* vocant; ipse Principi suo dedicata appellari voluit *sidera Medicea*. Jovis motus latitudinis maximus est i. gr. 39. minut.

MARS planeta rutilus, periodum biennio fere absolvens, pro modo distantiae a Sole nunc plenus, nunc *διχόρομος* aut gibbus apparens, praesertim si per tubos inspicatur. Latitudinis motus maximus est i. grad. 9. minut.

VENUS, planeta stipator Solis splendidissimus, antecedens mane, *Phosphorus* seu *Lucifer*; sequens Solem vespere, *Hesperus* appellatus. Numquam enim iisdem noctibus & Phosphorus & una Hesperus in caelo conspiciuntur, sed vicibus alternis. De latitudinis motu, & de lumine supra dictum fuit. Maxima digressio a Sole est xlii. graduum. Nudo visu semper rotunda apparet: telescopiis, gibbosa, bisecta, falcata, ut Luna.

MERCURIUS planeta Soli proximus, periodum annuo fere spatio absolvens; Latitudinis motum inter

inter IV. & V. gradus tenet: digressionem a Sole intra xxx. unde raro videri potest, plerumque Solis radiis involutus.

Planetarum inter se positio *adfectus* appellatur, qui ex circuli gradibus explicandus est, ut sunt trigonus, quadratus, sextilis, oppositio, conjunctio. De significato adfectuum astrologia judicaria consulatur.

*Eclipses* sunt omnium planetarum, etiam fixarum, si a planeta tegantur: Solis tamen & Lunæ notabiliores. Fiunt autem quoties Luna Solem apud Nodus, (Caput & Caudam Draconis vocant.) id est sectiones orbium, præcurrit, & quo propius ad punctum coeunt sectionis, eo major est eclipsis, digitis, hoc est duodenis partibus visibilis apparentiæ, emetienda.

*Eclipsis Solis* est interpositio Lunæ, ut opaci corporis, inter Solem & visum nostrum, ideoque in novilunio tantum fieri necesse est.

*Eclipsis Lune* fit in plenilunio cum Sol, ex inferiori hæmisphærio illustraturus Lunam, impeditur ab interposita Terra, cujus umbra, coni figuram referens, ad Lunam usque & ultra pertingit. Luna ergo in apogæo brevius laborat, quam in perigæo, quia ibi umbra quam transit, angusta & acuminata: heic ampla & majoris spatii est.

*Parallaxis* est error deviantis visus a vero loco phænomeni, sensibili proportionem a Terra distantis, & obliquo radio in oculum immissi. Verticalium ergo siderum, etiam altissimorum, non datur parallaxis. Causa erroris distantia oculi a centro Terræ, ex quo verus locus phænomeni metiendus erat. Dividitur in *Profunditatis*, depressæ infra Horizontem, *Altitudinis*, *Declinationis*, *Distantiæ*, & alias parallaxes, quæ schemate clarius, quam verbis, explicantur. Quo major parallaxis phænomeni est,

est, eo propinquius id Tertæ est: & contra quo remotius a Terra, eo minor apparet parallaxis.

*Corpulentiam* stellarum ex visibili diametro, & altitudine, Trigonometriæ beneficio inventa, emendatur. Sed de his alibi.

## APPENDIX DE COMETIS.

**D**E FIXIS & Planetis stellis æstum est: etiam de Novis illis quæ Fixas imitantur. Superfunt *Comete*, Planetarum quasi æmulatores. Lumen enim tam corporis sui, quam caudæ aut crinis, non a se, sed a Sole habent; etiam proprio motu sensibilibus in aliam cæli plagam quotidie fere promoventur.

Cometa a *κόμη*, *coma*, quasi *crinita*, aut, ut Cicerō ait, *cincinnata* stella dicitur, quanquam hoc nomen non exhaust ejus genera. Non omnes enim Cometæ *criniti* sunt, sed etiam Pogoniz sive *barbati*, aut formam *jaculi*, *ensis*, *cornu* seu *cauda* ab se projicientes. Unde Plinio nomina sunt, a Græcis petita, *Acontie*, *Xiphie*, *Ceratæ*, *Hippæ*; & alia, lib. II. cap. XXV. Xiphiz exemplum Josephus VII. Belli Jud. c. XXXI. Hierosolymitanum Cometam tradit, quem *ἀστρον ὁμοειδὲς πικραλιδίων*, *sidus gladio persimile* vocat, sicut etiam Mohammedis mortem secutus, aut Saracenorum dynastiam prænuncians, Cedreno p. 350. *ἑρπιδὴς* appellatur. Reliquarum formarum exempla Cedrenus idem & Zonaras Tomo III. exhibuerunt. *Hippæ* autem, qui instar *equine jube* apparet, crinitis forsitan accenseri potest.

Aristoteles Meteorolog. lib. I. cap. VII. ignitis meteoris Cometæ adnumeravit, quasi ex terrestri exhalatione orti in summa aeris regione arderent. Cum vero parallaxi & aliis observationibus cha-

rum



rum sit, plures Cometas supra Lunam elevari; cadunt quæ de sede illorum & materia philosophus disputavit.

Supra aerem ergo in aura ætherea ex Planetarum exhalationibus ( quo maculæ Solis etiam referri solent ) generari putantur, ut nubes ex vaporibus Terræ. Fidem opinioni facit, quod cum coitio multorum Planetarum est, copiosius Cometæ proveniunt, quam aliis temporibus. Quidam etiam ita certi videri volunt, ut præsentiri Cometæ & prædici posse adseverent.

Quamvis autem *ardere* dicantur, ut Virgilius Georg. I. scripsit

— -- *diri toties aspere Comete;*

si tamen recte inspiciuntur, nubem splendentem potius, quam ignem flammantem repræsentant. Nihil ergo aliud videntur esse, quam nubes cœlestes, quæ vario motu huc illuc feruntur. Motus quidem *primus* communis est cum ceteris phænomenis ab ortu in occasum: *secundus* & *proprius* prorsus irregularis. Non enim semper in ortum ab occasu, ut Planetæ, tendunt, sed sæpe contrario motu, etiam ab austro in septentrionem, vel hinc in austrum, videmus ruere. Quod planissimum Copernicanis ad explicandum est. Sic enim primo motu ad Terram remisso; Cometa non secus in cœlo, quam nubes in aere, vario impulsu ac sine ordine proferetur. Epigenes apud Senecam lib. VII. Quæst. Nat. cap. VI. & Plinius c. I. quosdam *immos* vel *immobiles* fuisse scribunt, quod de parvo & quasi insensibili motu secundo interpretamur.

*Color* pro materiæ & effluviorum ratione variat, ut vel pallidior Cometa, vel candidior, aut rubicundior appareat. Sic Plinius c. I. dicit, *horrentes crine sanguineo*; & Claudianus idyll. de Magnete vers.

vers. 4. -- -- *rubescens ferali crine cometa* :  
& de Raptu Proserp. v. 231.

*Præpes sanguineo dilabitur igne cometes  
Prodigiale rubens.*

alios Cicero 1. Divinat. cap. xi. dixit

-- -- *claro tremulos ardore cometas.*

rursus Plinius : *Fit & candidus cometa, argenteo crine.*

*Altitudo* Cometæ ex parallaxi; *magnitudo* ex visibili diametro & altitudine æstimari potest, utraque beneficio Trigonometriæ. Rudi & plebeja ratione altitudo sic indagatur: Si proprius motus velocior quam Lunæ est, videtur infra Lunam positus cometa: si tardior motus, supra Lunam erit, & propior illi planetæ, cui secundo motu adsimilatur. Cognoscimus enim quo altior planeta est & a terra remotior; hoc tardius eundem secundo motu promoveri. Id etiam observatum est, cometam, propinquiorem Soli, plus fulgere, majorique cauda esse, quam loco inferiori constitutum.

*Cauda* (quam nostri *Schweiff* aut *Strahl* appellant) sive *crinis* aut *barbæ* causa difficilius explicatur. Incertum enim, utrum in cælo illa sint & capiti cometæ adnexa, an in aere tantum appareant, quod multis videtur probabilius. Hoc autem certius omnino est, a Solis radiis & formari & circumverti caudam, & quidem eadem ferme linea qua Solis radii in cometam feruntur, ut cauda semper in oppositam Soli plagam spargatur.

Admirabilis res visu erat anno 1665. cum caudatus cometa aliquot noctibus sine cauda esset, eamque postea reciperaret. Causam astronomi ex Solis directâ oppositione quæsierunt, ut si qua cauda fuisset, ea sursum potrecta visionis angulo non potuisset comprehendere. Qui enim caudam corpori connectunt, illam effluvia, Solis radiis expulsa & dispersa, vocant: qui secus sentiunt, in concava

cava aeris superficie per corpus cometæ a radiis solaribus formari caudam existimant.

*Longitudo* caudæ pro raritate aut densitate capitæ cometæ variat: longissima fere ad xc. gradus extenditur: minima in barbam degenerat: nam *crinis* etiam & *barba* varianti materiæ imputantur: *crinis*, si undecumque rarior extrema cometæ ora est: *barba*, si raritas ab una tantum parte prominet. Raro *arcuatur* cauda, si radii refringuntur & turbantur a corpusculis, per quæ directum transitum quæsierant, quod etiam barbæ potest contingere, ut fiat *cornuta* stella, qualem Plinius prælio Græcorum ad Salamina præcessisse tradidit.

*Ineritus* Cometarum est sicut nubium, cum solvuntur, dissipantur, quæ coaluerant effluviorum tenuissima corpuscula, Solis radiis disiecta & dispersa. Hinc sensim minuuntur, donec evanescant & expirent. Potest etiam fieri, ut non tam dissipatione materiæ, quam sublatione in altum, fiat diminutio. Motu enim secundo æque sursum ferri possunt, atque parallelo Terræ tractu agitari. Seneca lib. vii. Quæst. Nat. cap. xxix. *Alter ille Claudianus* (Cometa) *a septentrione plurimum visus, non desit in rectum assidue celsior fieri, donec excessit.* Ut autem materies infirma & levis cometarum est, ita ætatem hi ferre non possunt, & quidam vix septem dies exsuperant, quod Plinius brevissimum illorum spatium appellat, sicut longissimum centum octoginta dierum, ut Harduinus emendavit, vulgo editum octoginta. Nam viderat Plinius Neronianum, quem Seneca citato libro cap. xxi. ait sex mensibus spectandum se præbuisse. Rarum & inusitatum tempus illius, qui excidium Hierosolymis minabatur, *ἔπ' ἐνιαυτὸν*, per annum urbi imminens, Josepho auctore lib. vii. Bell. Jud. cap. xxxi. incunte Gr. (xii. Lat.)

Si

*Significatio Cometarum vulgo tristis & horribilis censetur. Claudianus Bell. Get. v. 243.*

-- *nunquam cælo spectatum impune Cometen.*  
Maxime regnorum ajunt mutationes portendere. Tacitus xiv. Annal. c. xxii. *Sidus Cometes effulsit, de quo vulgi opinio est, tanquam mutationem regis portendat.* Suetonius Nerone C. xxxvi. *Stella crinita, qua summis potestatibus exitium portendere vulgo putatur, per continuas noctes oriri cæperat.* Lucanus quoque lib. i. v. 529. dixit

-- *terris mutantem regna Cometen.*  
Bella notari familiare est, & hæc fere cum regni mutatione conjuncta. Tibullus lib. ii. eleg. v.

-- *belli mala signa Cometes.*  
Cicero lib. ii. Nat. Deor. Cap. v. *Tum stellis iis quas Greci Cometas, nostri Cincinnatas vocant, que nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum prænuntia.* Obiter noto, Octavianum bellum esse, quod gestum fuit Octavio consule, ut Plinius dicit citato loco. Harduinus ibi Octavium intelligit Hirtio ac Pansæ cum proconsulari potestate adiunctum. Malim antiquiorem intelligi Syllanis temporibus tumultu singulari famosum. Idem Tullius Philippica ult. cap. viii. *Civile bellum consul Sylla gessit: legionibus in urbem adductis quos voluit expulit; quos potuit occidit: supplicationis mentia nulla. Grave bellum Octavianum infectum est; supplicatio Cinne nulla victoris.* Plinius etiam Pompeii & Cæsaris bello anteposuit. *Terrificum, inquit, magna ex parte sidus, ac non leviter piatum, ut civili motu Octavio consule: iterumque Pompeii & Cæsaris bello.* Ut nihil dicam brevissimo spatio Ciceronem Hirtio & Pansæ superstitem fuisse, ut interrea tot libros scribere, in iisque ad bellum nuper gestum provocare haud potuerit. Sed hæc obiter. An etiam læti ominis signa Cometæ fuerint, & olim

lim & hodie disputatum: fuit contra vulgi opinionem. Id certum, plura maiorum eventuum exempla esse, quorum aliqua non pigebit adnotare.

Mithridaticos Cometas, hoc est in ortu & regni initio Mithridatis spectatos, ita describit Justinus lib. xxxvii. cap. ii. *Et eo quo genitus est anno, & eo quo regnare primum cepit, stella Cometes per utrumque tempus septuaginta diebus ita laxis, ut cœlum omnia flagrare videretur. Nam & magnitudine sui quartam partem cœli occupaverat, & fulgore sui Solis nitorem vicerat, & cum oriretur occumberetque, quatuor spatium horarum consumebat.* Vera possunt esse quæ de temporis mora, etiam de quarta cœli parte traduntur, propter caudam porrectiorem: quæ de fulgore sideris Solem vincente, ut & omni cœlo flagrante dicuntur; grandem hyperbolen ad sui explicationem postulant.

Exempla alia tantummodo notamus, non explicamus. Cometa visus est Octaviano & Cinnano tumultu, de quo jam dictum est ex Cicerone & Plinio: alius post cædem Cæsaris, de quo Suetonius extrema Vita, & Dio Cassius lib. xlv. tradunt pro anima ejus fuisse habitum, quamvis civilia bella quinque infecuta sunt. Claudianum, ut Seneca appellat, Suetonius describit Vita C. xlvi. Neronianum idem Vita cap. xxxvi. & Seneca c. l. cap. xxi. & Flavianum itidem Suetonius Vespasiano C. xxxiii. quem ipse de Parthorum rege crinito per jocum interpretabatur, sua tamen morte eventum comprobavit. In præfagiis enim mortis principum plerumque stellas crinitas referunt, ut de Commodi excessu Lampridius C. xvi. de Constantini, Eutropius lib. x. cap. iv. de Mauricii, Zonaras f. 64. de Caroli Magni, Eginhardus cap. xvii. & alii de aliis referunt.

Nostra memoria plures Cometæ conspecti sunt,  
1652.

1652. in Orione: 1661. in Aquila: 1664. a Novembri in Februarium sequentis anni magnus a Corvo usque ad Arietem percurrens: 1665. in Pegaso: 1672. in Andromeda: 1677. juxta Triangulum: 1680. matutinus in Libra & Virgine, & postquam sub Sole oblituit, redux vespere, cauda terribilior, Delphinum, Pegasus, Andromedam pervadens usque ad Februarium: 1683. in Eriichthonio: 1685. ex Virginis ala parvus per Booten: 1686. sub signo Leonis brevi tempore observatus.

F I N I S.



EX

## EX DAVIDIS GREGORII

TOMI PRIMI ELEMENTORUM

ASTRONOMIÆ PHYSICÆ ET GEOMETRICÆ

LIBRO SECUNDO

PROPOSITIO IX.

*Quid per Stellarum Ortum & Occasum Poeticum intelligatur, explicare, ejusque species, Cosmicum nempe, Acronychum & Heliacum exponere.*

**I**N præcedentibus actum est de vero ortu & casu Syderum; ascensu nimirum supra Horizontem certi loci, & descensu infra eundem, sive potius depressione dati Horizontis infra Sydus, & elevatione ejusdem supra illud; atque istud quidem absque ulla Solis consideratione. Comparandi vero jam sunt ortus & occasus Syderum cum motu Solis per Eclipticam, adeoque cum luce diurna & cum Anni Tempestatibus. Hisce enim signis veteres Agricola & ex eorum traditionibus Scriptores rei rusticæ, nec non & Medici, Poetæ & Historici sunt usi ad Anni Tempestates designandas, qui proinde sine harum vocum explicatione intelligi non possunt.

Tres vulgo numerantur species ortus & occasus Poetici, *Cosmicus*, *Acronychus* & *Heliacus*. Oriri *Cosmice* vulgo dicitur Stella, quæ oritur oriente Sole, & occidere *Cosmice*, quæ occidit oriente Sole; adeo ut ortus & occasus *Cosmicus* idem sit ac matutinus, quasi principium diei artificialis, sive Solis ortus idem sit qui Mundi ipsius. Oriri vero & occidere *Acronyche* vulgo dicitur Stella, quæ ori-

M

tur

tur vel occidit occidente Sole ; adeoque Acronychus ortus vel occasus idem sonat atque vespertinus. *Keplerus* vero hasce voces alio sensu accipiendas contendit ; ita nempe ut oriri & occidere *Cosmice* idem sonet quod supra Horizontem ascendere , vel infra illum descendere ; oriri vero aut occidere *Acronyche* sit idem quod oriri aut occidere in Solis opposito , sive in altero Acro aut termino Noctis : quo sensu & *Ptolemæus* & ad hunc usque diem Astronomi plerique Planetam Acronychum appellant , cum est Soli oppositus & tota nocte fulgidus : adeo ut oriri Acronyche sit , ut vulgo, idem quod oriri occidente Sole ; occidere vero Acronyche idem sit quod occidere oriente Sole ; qui occasus vulgo Cosmicus dicitur.

Oritur Stella *Heliace*, quando quæ prius latebat sub radiis Solis , sic ut eodem fere tempore cum Sole & oriretur & occideret, postridie e radiis Solis emerfit in tantum , ut Sole latente sub Horizontem ipsa primum cerni possit , jamjam vel occubitura sub Horizontem vel exstinguenda superventu lucis diurnæ. Occidit vero Stella *Heliace*, quæ cum prius , Sole non multum infra Horizontemmerso , adhuc cerneretur supra , jam in tantum se condidit Solis radiis , ut postridie orta ex Horizonte , vel occubitura sub illum , cerni amplius non possit. Si nullum esset crepusculum, Ortus hic & Occasus ejusdem Stellæ Heliacus ( qui rectius Apparitio & Occultatio dicerentur ) non nisi per unicum diem utplurimum inter se distarent. Nam in illo casu Stella vel ante Solis ortum conspiceretur, si ejus ascensio obliqua in dato Horizonte vel tantillo minor esset quam ea Solis, vel post ejus occasum cerneretur , si tantillo major. Immo si nulla prorsus esset Atmosphæra , stellæ minimæ vel interdiu ipso Sole lucente conspiceren-



terentur. Ratio enim cur nunc non apparent, hæc est: Atmosphæræ particulæ a Sole fortiter illustratæ tam vividam stipatamque lucem in oculum spectatoris effundunt, ut retina (aliudve si quod sit visus sensorium) debili admodum stellulæ imagine prorsus non moveatur, illamque proinde non videat. Quod si nulla esset Atmosphæra Telluri circumfusa, nec circumjecta ulla terrestria corpora quæ lumen reflectant; si Solis radii directi ab oculo arcerentur, oculus a radiis corporis aut valde lucidi aut fortiter illustrati (similiter atque nunc noctu) vacuus stellas minimas clare videret, nisi hæc sub Atmosphæra Soli circumfusa laterent: hæc enim cum Sole corpus unum lucidum constituunt. Cum vero pro minore Stellæ claritate majore opus sit depressione Solis infra Horizontem, ut ea cernatur; patet, Occasum Heliacum citius fieri & Ortum tardius. Ac primo, opus est totali Crepusculi abolitione seu Solis depressione 18gr. ut Stellæ minimæ cernantur: pro sextæ magnitudinis Stellis cernendis, opus erit depressione Solis 17gr. & ita denuo, donec ad primæ magnitudinis Stellas cernendas, in Horizontis ea Plaga quæ ad Solem est, opus sit Solis demersione 12gr. Planetæ clariore pleniorque fulgentes luce tanta non opus habent, adeo ut Marti & Saturno Gradus tantum 11. debeantur; Jovi & Mercurio circiter 10. Veneri vero cernendæ 5gr. demersionis necessarii vulgo habeantur; quamvis hæc etiam splendente Sole non raro cernatur, licet non ad Ortum vel Occasum Heliacum. Verum hæc in Planetis pendent a varia illorum a Tellure distantia, & pleniore orbe minusve pleno inferiorum.

Stellæ omnes Fixæ sub Zodiaco sitæ, item Planetæ superiores Saturnus, Jupiter & Mars, quos nempe Sol motu annuo versus orientem facto an-

revertit, oriuntur Heliace mane, paulo ante Solis ortum; nempe paucis post diebus quam Cosmice oriuntur: occidunt vero Heliace vespere; paulo nempe ante quam Acronyche occidunt. Luna vero, quæ Solem perpetuo antevertit, oritur Heliace vespere; cum nempe nova ex radiis Solaribus emergit: occidit vero Heliace mane, cum jam vetus ad conjunctionem cum Sole properat. Inferiores vero Venus & Mercurius, qui aliquando Solem antevertunt, aliquando versus occidentem post Solem relinquuntur, (sicut Lib. I. fusc est ostensum) quandoque Heliace oriuntur mane, cum nempe retrogradi sunt; quandoque vespere, cum directi; quod & de Occasu Heliaco similiter est intelligendum. Fixæ vero, longe extra Zodiacum versus Polum elevatum positæ, possunt uno eodemque die simul & oriri & occidere Heliace, aliasque subire vicissitudines huiusmodi ortus & occasus respectu; ut consideranti patebit.

*Græci & Romani* olim utebantur Anno ad Solis motum non exacto; unde fiebat ut nunc prævenirent Solem, nunc sequerentur. Cum autem Tempestates Anni non revertantur cum erroneo Calendario, sed cum Sole & Solstitiis; ut operæ rusticæ, domesticæ, militares, sua quæque tempestate fierent, Veteres proposuerunt ortus & occasus Syderum Calendarii loco. Cum enim stellæ Fixæ ab Æquinoctialibus & Solstitialibus punctis non nisi lente admodum & motu tum temporis vix percepto moverentur, non dubitabant Solem ad eundem respectu ejusdem Stellæ locum reversum, ad eundem etiam respectu Æquinoctiorum & Solstitiorum situm denuo pervenisse; hoc est, cum eadem Fixa rursus Cosmice, Acronyche, aut (quod præcipue attendebant) Heliace oritur vel occidit, eandem

rur-

rursus Anni Tempestatem Orbi redditam, ac proinde ad easdem operas revertendum esse; adeo ut statas Anni Tempestates *Sydera* appellarent. Verum deprehensum est, Fixas post elapsos plurimos annos ex sedibus suis excessisse; adeoque si dies Ortus vel Occasus datæ Fixæ apud Veteres ad nostrum Calendarium reducendus sit, ratio est habenda motus Fixarum intermedio tempore facti. Verum cum hodie exemplaria Calendarii facile comparari possint, & Calendarium Romanum (quo nos utimur) ad Solis motum, quo Anni Tempestates ordinantur, propius accedat quam Fixarum Ortus & Occasus; sit ut paulatim observatio hujus Ortus & Occasus neglecta jaceat, nec ab aliis usurpetur quam a Poetis, qui Tempora per circumstantias tam varii Ortus & Occasus tot Syderum (quibus nihil pulchrius) describere & veluti pingere solent; quamvis plerumque erronee, quippe qui Calendarii nostri diem per ejusdem Stellæ ortum describunt nunc, per quem recte describebatur tempore Cæsaris, cum tamen tempora discrepent 14. diebus fere.



## JULII PONTEDERÆ

*In Gymnasio Patavino Rei Botanicae Professoris*

## EPISTOLA\*

DE MANILII ASTRONOMIA,  
EJUSQUE ANNO COELESTI.

JULIUS PONTEDERA

ANDREÆ (1) MARANO

AMICO SUO S. D.

MAGNA in expectatione cum essem quam ratione acciperes quæ de solari anno Chaldaico ad te proxime miseram, ecce tabellarii mihi jam ex Horto egredienti obviam facti tuas literas, quas avide expectabam, tradiderunt. Quibus in ipso Horti vestibulo perlustratis, non mediocriter sum perturbatus illa clausula: *te de commentariis meis superrime redditis tunc responsurum, cum de Manilio quæ subduxeram, accepisses*. Quid enim de Manilio tibi debeo; aut quid significem, cujus ratio a paucis percipitur, negligitur ab omnibus? Sane non inficior ad hunc scriptorem sæpe eo consilio manum admovisse, ut quid ad Latinam coelestem

\* Est XVIII. doctissimi & eruditissimi libri cui Cl. Auditor titulum inscripsit: *Antiquitatum Latinarum Græcarumque Enarrationes atque Emendationes, præcipue ad veteris Anni Rationem attinentes, Epistolis LXVIII. comprehensa, & Tabulis plurimis ornata*. qui editus est Patavii Typis Seminarii. 1740. in 4.

(1) Hic vir Patricius est Vicetinus, doctrina & eruditione clarissimus.

lestem scientiam illustrandam decerperem. Sed inutili cura: omnia ferme dissimillima deprendi. Quis enim, ut summatim attingam, stellarum ortus & occasus ita digessit, ut Manilius? Quis ex illis qui ex astrorum motibus tempora descripserunt, tanto intervallo a communi sede deduxit, ut dimidiatis signis Piscium, Geminorum, Virginis, Sagittarii eadem assignaret, hoc uno excepto scriptore? Hæc cum mihi ante oculos versarentur, studium, & operam in id quod ab omni stellarum disciplina abhorrebat, conferre posthabui, præsertim quod conquirere ac scire nihil attineret. Quid ergo? De ipsane arte ad te scribam, qua nihil magis inane, aut inconditum, aut claudicans fingi potest? Non puto hoc a te mihi imponi; id enim semper curavi ut in postremis haberem. De anni natura partibusque quid abs te expeti interpretor, quod superioribus ad te scriptis hæc finitima sunt. Id nunc agere institui, non tamen ad extrema, verum usque eo quo opus arbitrabor, persequar, ut morem tuæ voluntati geram.

Sed quando in hoc vate multæ latebræ sunt, & multi recessus, quem ducem adhibebo Latinumne Græcumve, an barbarum? Nemo inventus est qui Manilii doctrinam ad Latinos aut Græcos referret. Omnes fatentur barbaricam esse ab Ægyptiis vel Chaldæis informatam atque excultam. Neque Ægyptiis nonnulli ambigunt; quoniam Manilius hinc annum suum adumbraverit, partibus CCCLX. contexens, ut hoc carmen ostendit:

*Nam cum sint partes orbis per signa trecentæ*

*Et ter vicinæ, quas Phœbi circuit ardor,*

e quibus

----- *ubi summam feceris unam,*

*Tricenas dabis ex illa per singula signa.*

Hanc esse anni Ægyptii figuram opinantur, quo

M 4

pro

pro mensibus signa, pro diebus signiferi orbis partes comprehenduntur; cum antiquitus in Ægypto annum in dies CCCLX. contractum argumento sint dies v. quos absoluto anno apponebant, atque *παρομένας* vocabant. Qui ista tanti habent, nihili sunt habendi. Viguit quondam apud Ægyptios annus quem diximus, sed aliis gentibus communis, ut Græcis. Talem nihilominus a Manilio repetere insipientis est, qui signiferum orbem, cujus ambitu annus intelligitur, haud secus distribuit, ac cæteri cœlestium rerum periti, ceu Ægyptii, Chaldæi, Græci, Romanique. Quid igitur cœlestem annum, qui apud tot gentes in sermone ac consuetudine fere quotidiana versatur, ab Ægypto deposcunt? At Ægyptii primi id invenerunt? Hoc etiam ubique confessum non est, ac probatum. Utrum hi an Chaldæi astronomiam invenerint, ambigitur, & pari momento disceptatur. Sed nihil ad rem. Quod a multis peti potest, nemini attribues proprium. Quare dum Ægyptia in Manilio isti rimantur, eos dimittamus.

Accedit altera de Chaldæis opinio quæ apud paucos nunc fovetur, antiquis temporibus apud omnes ferebatur, nemine hanc artem Babylonii negante, qui, ut ait M. Tullius, de summis Caucasæ jugis signa cœli servantes numeris & motibus stellarum cursus persequabantur. Ideoque, cum ea quæ divino carmine exsequitur Manilius, a Chaldæis inventa, culta, diuque retenta sint, quid prohiber vatis annum ad Chaldæos referre? Profecto apud Manilium quædam nactus sum, quæ ad Chaldæorum annum propria similitudine spectant. Ver enim, si a Chaldaico principio in signa solem revoces, calendis Martiis proximum existit; autumnus inter calendas Septembris ac nonas inchodatur. Neque æstas a calendis Majis distaret, si in  
dimi-

dimidiato Tauro, non inter Geminos collocaretur. Incipit IV. non. Jun., exoriente Chaldæis Aquila vesperi, Ovidioque Sucularum fidere. Haud secus hiems ex calendis Decembribus notatur, quo die Canis occidit Chaldæis, atque aer per dies XXXVII. ad mediam hiemem exasperatur. Jam vero Vergiliæ a. d. XI. cal. Maj. Chaldæis mane se attollere non incipiunt? Nonne sexta Tauri pars, a qua idem astrum Manilius producit, ad Palilia pertinet, si cum Chaldæis XVI. cal. Maji Tauro initium in signifero orbe dabis?

*At Procyon oriens quum jam vicesima Cancri*

*Septimaque ex undis pars se se emergit in astra,*  
ad quos auctores referri potest, nisi ad Chaldæos? Hi enim primi hoc prodiderunt, cum Ægyptiis de nona Cancri parte exoriat. Jam cernimus non minima societate Manilii, & Chaldæorum annum inter se conjungi; nullusque dubito quin omnia in utroque similia concurrerent, si naturalis anni modus ea quæ ad inanem disciplinam exornandam perquirebant, discrimina subiret. Hoc enim solum intuentes, patrii anni similitudine retenta, cætera in id quod formas quascunque vellent, fusciperet, immutarunt. Ab hoc fonte ars effluxit, quæ imbecilles hominum animos aucuparetur, ac cœlestium rerum specie mentis aciem obtunderet. Adhuc tamen antiquæ imaginis vestigia, ut dicebam, supersunt: neque difficile est diligentius intuenti Chaldæos agnoscere utriusque anni inventores.

Refert nunc statuere a quo signo Manilii annus inchoetur. Non ab alio crediderim quam ab Ariete, cui primas semper vates attribuit;

*Nobile lanigeri sidus quod cuncta sequuntur.*

Quare hoc signum a Chaldæorum sede ex a. d. XVII. cal. Apr. promovemus. At æquinoctium vernum a qua? Ternas affert de cardinibus sententias; quoniam

*Has*

*Has quidam vires octava in parte reponunt ;  
Sunt quibus esse placet decimas, nec defuit auctor  
Qui primæ momenta daret, frænosque dierum.*

Primam, quam item Latini amplexi sunt, a Chaldæis emanasse, ex superioribus literis haud ignoras: tertiam ab Ægyptiis, cui Græcorum solertissimus quique adhæsit, originem ducere, notum tibi exploratumque opinor. At secundam cui attribuemus? Nullus auctor superat, ad quem referatur. Quin, ut mea est opinio, nullus extitit, ut mox aperiā. Interea quamnam secutus fuerit Manilius, videndum. Ab octavis non recessisse, argumentum præbent quæ de bruma canit:

*Hic (sol) cum per gelidas hiemis summotus in astra  
Fulget in octava Capricorni parte bisformis,  
Tunc angusta dies vernalis vertit in horas  
Dimidiam atque novem, sed nox oblita diei  
Bis septem, apposita, numerus ne claudicet, hora  
Dimidia.*

Si recto ac definito ordine gubernat ac moderatur omnia, quod in uno cardine constituit, in reliquis, ut temporum spatia constent, non videtur mutasse. Peragetur itaque Manilio (\*) cum Chaldæis æquinoctium vernale X. cal. April. quod Atticis IX., Ovidioque VIII. cal. easdem; illis quidem in octava Arietis parte; huic, retento eodem signi principio, in decima. Hinc in Manilii laudibus non fero, quod decimæ signorum parti cardines attributos esse canebat. Chaldæorum consuetudo, & peculiare anni exordium, tanquam commune Romanis, aliisque populis, ipsum fefellit. Etenim si summo vitio dabant illis qui anni momenta octavis signorum partibus ea tempestate attribuebant, quid de iis factum existimes qui in tanta astronomiæ solertia ad decimas traduxissent?

An-

(\*) Vide Tabulam sequentem.



## Annus Manilii cœlestis.

d. <sup>VIII</sup> Sol Arietem adit XVII. cal. April.  
 Æquinoctium vernal X. cal. April.

Sol Taurum adit XVI. cal. Maji.

d. <sup>VI</sup> Vergiliæ oriuntur XI. cal. Maji.

Sol Geminos adit XV. cal. Jun.

d. <sup>XCIV</sup> Æstatis initium IV. non. Jun.

d. <sup>XIII</sup> Sol Cancrum adit XIV. cal. Quint.

d. <sup>XXVII</sup> Solstitium VII. cal. Quint.

d. <sup>XII</sup> Procyon oritur mane prid. Id. Quint.

Sol Leon. adit: Canic. oritur XIV. cal. Sextil.

Sol Virginem adit XIV. cal. Septembr.

Autumni initium III. non. Septembr.

d. <sup>XXII</sup> Sol Libram adit XIV. cal. Octobr.

d. <sup>VIII</sup> Æquinoctium autumnus VII. cal. Octobr.

Sol Nepam adit XV. cal. Novembr.

Sol Sagittarium adit XVI. cal. Decembr.

d. <sup>XXIX</sup> Hiemis initium cal. Decembr.

d. <sup>XXII</sup> Sol Capricornum adit XVII. cal. Jan.

d. <sup>XC</sup> Bruma X. cal. Januar.

Sol Aquarium adit XVIII. cal. Februar.

Sol Pisces adit XVI. cal. Mart.

d. <sup>XC</sup> Veris initium cal. Mart.

## Ann. II.

d. <sup>XXII</sup> Æquinoctium vernal X. cal. April.

d. <sup>VIII</sup> Æstatis initium IV. non. Jun.

Hac

Hac de re quod mihi rationi consentaneum videretur, inveniebam. Sequitur ut de reliquis scribam. Cum ad Cancrum ex Chaldæorum placito ascendat sol XIV. cal. Quint. solstitium conficiet VII. cal. ejusdem, quod Atticis V., decimo nimirum signi die peragetur: alterum autem æquinoctium VII. cal. Oct., quod Libram sol adit XIV. cal. Octob., habetur. Id Atticis tertio hinc die servatur. Pari intervallo bruma Chaldæis & Manilio procedit in octava Capricorni parte X. cal. Jan. Plinio vero, Ovidioque a Chaldaico initio in decima, qui brumalem cardinem VIII. cal. Jan. adnotant.

Nunc de temporibus est inquirendum. Æstatem inter Geminos collocari diximus, quod

*Ex Geminis alter florentia tempora veris*

*Sufficit, æstatem sitientem provehit alter.*

*Nudus uterque tamen, sentit quia uterque calorem:*

*Ille senescentis veris, subeuntis at ille*

*Æstatis pars est, primæ fors ultima parti.*

Sol in Geminos introitum facit XV. cal. Jun. afficitque signum per dies XXXI.; quare Geminorum alteri dies XV. horæ XII. competunt, totidemque alteri. Æstas igitur incipit IV. non. Jun. diebus ab æquinoctio verno LXXI., & XXIII. ante solstitium, Aquila Chaldæis vesperti oriente.

*Quin etiam Erigone binis numeratur in astris,*

*Nec facie ratio duplex; nam desinit æstas,*

*Incipit autumnus media sub Virgine utrinque.*

Ad Virginem transit Sol XIV. cal. Septembr., Virginique immoratur diebus XXX.; ex quibus si XV. priori signi parti dabis ad æstatem attinentes, reliquos XV. secunda sibi assumit, quæ autumnum præbet ex a. d. III. non. Sept. diebus LXX. horisque XII. a solstitio remotum. Sunt propterea æstivi temporis dies XCII. horæ XII.

Nec

*Necnon Arcitenens, qui te, Capricorne, sub ipso  
Præmittit, duplici formatus imagine fertur.*

*Mitior autumnus molles sibi vindicat artus,  
Materiamque oris: fera tergo membra rigentem  
Excipiunt hiememque.*

Adeunte Sagittarium sole XVI. cal. Decembr. hiems sub dimidiato Sagittario initium habet ex cal. Decembr., dum Chaldæis Canis delabitur mane, intenditurque frigus. Autumnalis igitur temporis colliguntur dies XXCIX. Quorum termino annexa hiems in alterum e Piscibus dies XC. producit.

*Quosque Aries præ se mittit duo, tempora Pisces  
Bina ferunt, hiemem claudit, ver inchoat alter.*

Permeat Pisces sol, ut Chaldæi determinant, ex a. d. XVI. cal. Mart. in a. d. XVII. cal. Apr., quo spatio bifariam diviso, cal. Martiis vernum tempus inchoatur, & cessat hibernum. Longissimum itaque omnium vernum, quod diebus XCIII. horis XII. æstatem attingit. De Manilii anno ejusque partibus primis, non puto fore ut quid amplius desideres. Quare de astrorum disciplina nonnulla sufficiam.

*Nunc Cancro vicina canam, cui parte sinistra  
Consurgunt Jugula.*

Quo Latini scriptoris præsidio Julius Firmicus Jugulas Afellos interpretabatur, intelligere nequeo; apud Latinos certe Jugulam vel Jugulas fuisse Orionem nemo ignorat. Certe Orionem, quem egregium venatorem inter fabulas extulit Græcia, venandi animos, prædæque cupiditatem aspirare nascentibus magis valebit, ut Manilius pollicetur, quam tardus imbellisque Afellus. Adde Orionem tam Chaldæis quam Romanis solstitiali die exoriri, quod tempus a cordatioribus astronomis, ut jam notum feci, in prima Cancri portione collocatur.

*Quam*

*Quum vero in vastos surgit Nemeus hiatus,  
Exoriturque Canis, latratque Canicula flammæ.*

XIV. cal. Sextil. tam Chaldæis quam Manilio prodire Caniculam, sole primam partem Leonis ingresso, notabis.

*Jam subit Erigone quæ cum ter quinque feretur  
Partibus ereptis ponto, tolletur ab undis*

*Clara Ariadnæ quondam monumenta Coronæ.*

Corona Firmico, quintam Virginis partem collustrante sole, prodit, & Spica quæ post Coronam emergit, Manilio decimam; quapropter carmen vitii reprehenditur jure. Nota tibi Josephi Scaligeri emendatio:

*Quæ quando quinque feretur.*

Quod iste fortasse perfecit, ego conatus sum ad hanc sententiam componere:

*Quæ quum de quinque feretur  
Partibus.*

Attollitur igitur Manilio Corona X. cal. Sept. & Spica V. cal. ejusdem.

*At quum secretis improvidus Hædus in astris,  
Erranti similis, fratrum vestigia quærit.*

Plures invenies qui ista reprendunt, quam vitio liberent. Scaliger totus in hunc locum exarsit: ultima emendandi cura subsedit. Cum Firmico oritur Hædus in XV. Libræ parte, nec vates tempus, ut solet, definiat, id ipsum a Firmico repetam; quamvis veram carminis speciem ex fucatis non pollicear:

*At quum ter quinis in partibus Hædus in astris.*

Si res conjectura penditur, nascetur Hædus VI. non. Octobr. cujus grex nonis procedit Chaldæis, ac Cæsari postridie.

*Nunc surgente Lyræ, testudinis enatat undis  
Forma per heredem tantum prelata sonantis.*

Deinde multis interpositis:

*Hinc*

*Hinc distante Lyra, cum pars vigesima sexta  
Chelarum surget, quæ cornua ducit ad astra  
Quid regione pari vix partes octo trahentis  
Ara ferens thuris, stellis imitantibus ignem.*

Nihil hoc carmine in Manilio fœdus plane contenderim, verum Scaligeri editione nihil magis laecerum magisque divulsus sine ulla dubitatione affirmabo. Primum carmen XI. versibus a secundo separatum cum secundo miscet, eodemque reparat ac farcit.

*Nunc surgente Lyra testudinis enatat undis  
Forma per heredem tantum præfata sonantis,  
Chelarum surget cum pars trigesima sexta.*

Quid hominis tibi videtur dilaniare membra, ex detruncatis unum corpus conglutinare, & longe a sua sede traducere, tum discerptas partes ita compositas literis tradere memoriæque mandare tanquam germana, & de optimis exemplaribus deprompta? En iterum:

*Hinc distante Lyra, quæ cornua ducit ad astra.*

Hiccinne est interpres? Hiccinne afflictæ vetustatis reparator? Cuinam pædagogo in vernas tantum licuit, quantum in nobilissimum vatem sibi licere Scaliger opinabatur? Non tamen Scaligero eripiam multa in melius restituta, ceu istud ex *pari nepæ*; cui nihilominus præcinerat Firmicus. Verumtamen de Scaligero videant alii. Nos omnia membra inter articulos suos retinebimus, versa primi carminis vocola *quum in cui*. Siquidem vates cum primo carmine Lyram in Libra exoriri proposuisset, nec definisset diem, locumve, tandem id adiecit:

*Hinc distante Lyra, cui pars vicesima sexta  
Chelarum, surget quæ cornua ducit in astra  
Quid regione Nepæ vix partes octo trahentis  
Ara ferens thuris, stellis imitantibus ignem.*

Ita a Fidicula III. id. Octobr. prodeunte ad  
Aram

Aram tranſit Manilius in octava Scorpionis parte exorientem VIII. cal. Novembr. ferentemque quid thuris. Neque anguli in ara a Latinis improprie cornua dicuntur, qui in tribunali a T. Livio, a Valerio Maximo, a Tacito ſimili nomine vocantur, ſacrarum literarum interpretibus aræ etiam attribuentibus, utrunque cum ſit angulatum corpus.

Jam nihil ſupereſt quod noſtra induſtria melius tibi reddam; ideo epiſtolam complicabo, appoſita eorum quæ præcipua ex Manilio collegi, Tabula \*; quo facilius totam iſtam anni rationem tuo minimo incommodo perpendas. Vale.

D. Patavio. VI. cal. April. M. DCC. XXXIII.

\* Hanc conſule pag. 187.



IN.

# I N D E X

## RERUM MEMORABILIUM

## QUÆ IN MANILIO

## CONTINENTUR.

Ex Scaligeri Editione Lutetiana ap. Mamertum  
Patissonium anni 1579.

*Prior numerus paginam, alter versum notat.*

### A

**A**BLIGURRITORUM  
genitura. 98, 537  
Ægyptii inventores Astro-  
nomiæ. 4, 44  
Æmilia gens. 25, 794  
Ærarii custodum genitura.  
123, 355.  
Africa. 101, 656  
Agilium genitura. 114, 61.  
117, 160. 125, 443. 130, 634  
Agricolarum genitura. 87,  
140. 97, 521. 120, 272  
Agrippa. 25, 796  
Amicitia raræ exēpla. 48, 602  
Andromeda. 13, 350. 128,  
538. & inde.  
Anguis, sidus. 14, 405. E-  
jus magnitudo. 133, 717  
Antichthones. 9, 239  
Antistites & æditimi sub quo  
signo edantur. 122. 339  
Aquadario quæ regiones subje-  
ctæ. 105, 797  
Aquila, sidus. 12, 343. 126,  
481. Ejus magnitudo. 133.  
715

Aquilices sub quo signo e-  
duntur. 90. 260  
Ara, sidus. 14, 411. 122, 335  
Arabicus sinus. 101, 652  
Arctophylax. 12, 316  
Arcturus. 12, 318. 123, 353  
Argo. 14, 402. 114, 36  
Arieti quæ regiones subje-  
ctæ. 104, 742  
Arma venatoria parantes sub  
quo signo nascuntur. 118,  
202  
Armorum studiosos quod si-  
gnum det. 89, 220  
Astrologos, & Mathematicos  
quod signum faciat. 87,  
158. 90, 268  
Athla XII. 62, 43. & inde.  
65, 162  
Aucupum genitura. 123, 363  
Augusti genitura. 45, 509  
Auratorum, & aurificum ge-  
nitura. 127, 501  
Aurifatorum genitura. 128,  
533  
Aurifossorum genitura. 127,  
523  
Axis. 11, 279

### N

BEL

## B

- BELLEROPHONTIS genitura. 115, 97  
 Bellicosorum, & Martialium genitura. 89, 120. 126, 493  
 Bestiariorum genitura. 88, 184  
 Brutus. 25, 783  
 Bubulcorum genitura. 116, 125

## C

- Cætorum genitura. 98, 531  
 Cæsar's interitus. 84, 57  
 Calculatorum genitura. 88, 205  
 Camillus. 24, 782  
 Cancro regiones subjectæ. 104, 755  
 Canicula. 14, 386. 119, 207  
 Cannensis elades. 84, 37  
 Canopus. 9, 216  
 Capella, sidus. 13, 366. 116, 133  
 Caprariorum genitura. 116, 115  
 Capricorno regiones subjectæ. 105, 789  
 Cardines geniturarum. 53, 787  
 Cardinum intervalla. 54, 840  
 Cardinum vires. 53, 807  
 Carrueariorum genitura. 122, 345  
 Caspium mare. 101, 647  
 Cassiopea. 13, 354. 127, 499  
 Cato. 25, 795  
 Centaurus. 14, 408. 122. 343  
 Cepheus. 13, 354. 125, 444

- Cetus, sidus. 15, 423. 129, 600  
 Chaldaei inventores Astronomiæ. 4, 43  
 Cicero. 25, 792  
 Cinnædorum genitura. 97, 517  
 Circuli paralleli. 18, 561  
 Circulus æquinoctialis. 19, 573  
 Circulus Antarcticus. 19, 587  
 Circulus Arcticus. 18, 564  
 Claudia gens. 25, 793  
 Clælia. 24, 778. 83, 4  
 Cocles. 24, 779  
 Coluri. 19, 601  
 Cometæ. 25, 813  
 Cometarum significationes. 27, & 28  
 Configurationes Signorū quomodo numerandæ. 39, 294  
 Corona. 12, 319. 120, 253  
 Corvinus. 24, 780  
 Corvus, sidus. 14, 407  
 Cossus. 25, 786  
 Crater, sidus. 14, 408. 119, 235  
 Curiatii, & Horatii fratres. 84, 34  
 Curius. 25, 785  
 Curforum velocissimorum genitura. 115, 87. 117, 160  
 Cycnus, sidus. 12, 337. 31, 123, 361  
 Cynosura. 11, 299. 132, 696. 133, 712

## D

- Dæmonien in XII. domibus. 56, 896  
 Dæmonium, Saturnus. 57, 937

Dea



Dea in XII. domib. 56, 915

Decani. 91, 198

Decii. 25, 787

Delphinus, sidus. 12, 346.  
124, 411

Deltoton. 13, 353. Ejus magnitudo. 133, 714

Deorum tutelæ in Signis. 43, 434

Desultorum genitura. 115, 85

Dextra, & Sinistra Signa. 39, 284

Dicacium genitura. 117, 145

Dierum inæqualitas. 68, 248

Dierum inæqualitas secundum Climata. 70, 328

Dierum mensuræ sub æquinoctiali. 70, 336

Ditis janua. 57, 950

Dodecatemōrion. 50, 694.  
51, 735

Dodecatemōrion in Dodecatemōriis. 51, 739. & seq.

Domorum XII. Chronocratoris. 76, 556

E

ECLIPtica Signa. 106, 816

Elementorum dispositio. 7, 148

Eloquentium, & facundorum genitura. 88, 194

Equorum domitores sub quo signo nascuntur. 89, 234

Equus, sidus. 12, 348. 130, 633

Europa. 102, 679

Exilegum genitura. 126, 490

F

FABRUS. 25, 788. 84, 39

Fabritius. 25, 785

Felix in XII. domib. 56, 887

Fides, sidus. 124, 404

Flatuariorum genitura. 90, 249

Fortuna in XII. domib. 57, 916

Fortunæ imperium in rebus humanis. *in promissio lib. IV.*

Fortunæ Sors. 66, 176

Fugacium genitura. 131, 648

Funambulorum genitura. 131, 652

G

GARRULORUM genitura. 99, 572

Garum. 131, 670

Gemellorum & Gemellipararum genitura. 99, 582

Geminis quæ regiones subiectæ. 104, 754

Gladiatorum genitura. 89, 225

Grassatorum genitura. 131, 649

H

HABIT, sidus. 13, 365. 116, 105

Hannibalis mors. 84, 41.

99, 564

Helice. 11, 296. 132, 693

Heniochus. 13, 362. 115, 69

Hesiodi Georgica. 31, 19

Hesiodi Theogonia. 31, 19

Horizon V. Orizon.

Horoscopus quomodo indagandus. 66, 203. 69, 301.

Hortulanorum aut olitorum      Lyra, fidus. 12, 324, 131,  
genitura. 120, 256                      319

## I

INGENICULUS. 12, 315.  
131, 646  
Insidiatorum genitura, &  
insefforum viæ. 131, 648  
Italia Libræ subjecta. 104,  
771  
Jugulæ, fidus. 118, 175  
Julia gens. 25, 797  
Jurisperitorum genitura. 89,  
209.

## L

LACTEUS circulus. 24,  
751  
Lacteus circulus, Heroum re-  
ceptaculum post mortem.  
24, 758  
Lanificum genitura. 86, 129  
Lascivorum & voluptariorum  
genitura. 116, 109, 122,  
316  
Legislatorum genitura. 98, 547  
Leoni quæ regiones subjectæ.  
104, 757  
Lepus, fidus. 14, 402  
Liberalium hominum geni-  
tura. 90, 271  
Libidinosorum genitura. 117,  
143  
Libræ quæ regiones subjectæ.  
104, 771  
Livius, collega Neronis. 25,  
789  
Lunæ deliquium, rotundita-  
tis terræ argumentum. 9,  
221  
Lycurgus. 24, 771

## M

MAGISTRATUUM appa-  
ritorum genitura. 121, 312  
Mansuetariorum genitura.  
89, 235. 132, 699  
Marcellus. 25, 786  
Margaritariorum genitura.  
124, 396  
Marii victoria de Cimbris,  
84, 45  
Marius victus. *ibid.*  
Marforum & Psyllorum ge-  
nitura. 124, 386  
Menander. 126, 470  
Menforum, ponderatorum,  
libripendium genitura. 89,  
206  
Mercatorum genitura. 87,  
166  
Mercurius, inventor Astro-  
nomiæ. 4, 33  
Meridianus. 20, 631  
Messeniæ bellum. 61, 13  
Metallariorum genitura. 90,  
246  
Metelli. 25, 794  
Metellus. 85, 68  
Mobilium, & levium geni-  
tura. 90, 256  
Mollium, & effeminatorum  
genitura. 117, 146  
Mulionum genitura. 122, 345  
Mulomedicorum genitura.  
122, 348  
Mundi forma rotunda. 9,  
214  
Mundi origo. 6, 122  
Mundorum & cultorum, ac  
ele-

elegantium hominum ge-  
nitura. 120, 267  
Muficorum genitura. 87, 153.  
97, 526  
Mutius. 84, 31

N

NAVICULARIORUM ge-  
nitura. 91, 279. 99, 567.  
114, 41.  
Navium exercitorum genitu-  
ra. 87, 168  
Naumachorum genitura. 90,  
274  
Natatorium, & urinatorum  
genitura. 124, 419  
Nero, collega Livii. 25, 789  
Notariorum genitura. 88, 197  
Notia sidera. 15, 436

O

OCTOTOPI. 58, 968  
Olor, fidus. 123, 361  
Ophiuchus. 12, 331. 123,  
384  
Orion. 13, 377. 114, 58  
Orizon. 21, 646

P

PÆDAGOGORUM geni-  
tura. 125. 450  
Palamedis genitura. 89, 206  
Papyrius. 25, 784  
Peregrinantium genitura. 97,  
510. 114, 44-  
Perseus, 13, 350  
Persicum mare. 101, 649  
Petauristarum genitura. 125,  
434  
Phænomena Australia. 13,  
373

Phænomena Borealia. 13,  
372  
Philoctetæ genitura. 121,  
294  
Piscatorum genitura. 91, 285-  
118, 189. 124, 392. 131,  
658  
Piscibus quæ regiones subje-  
ctæ. 105, 798  
Piscis Notius. 114, 45  
Pistorum genitura. 90, 251.  
121, 282  
Plato. 24, 772  
Pleïades. 13, 371. 117, 142.  
Earum magnitudo. 133,  
710  
Pompeji interitus. 85, 53  
Pompeji tres triumphi. 25,  
791. 84, 52.  
Porfena. 85, 66  
Porta laboris. 55, 869  
Prodigorum genitura. 90,  
271

Prophetarum genitura. 122,  
342  
Pugilum genitura. 117, 163

Q

QUADRIGARIORUM ge-  
nitura. 89, 231. 115, 73  
Quæstorum capitalium ge-  
nitura. 124, 405

R

RAPACIUM genitura. 126,  
487  
Remi & Romuli genitura.  
104, 775  
Rotunditas Divinitati attri-  
buita. 9, 211

SA-

## S

**SAGARIORUM** genitura. 90, 251  
**Sagittario** quæ regiones attributæ. 103, 789  
**Sagittariorum** genitura. 121, 289  
**Salinarii.** 132, 681  
**Salis confectio.** 132, 683  
**Salmonei** genitura. 115, 91  
**Salfamentariorum** genitura. 132, 692  
**Saltatorum, & Scenicorum** genitura. 122, 318  
**Sanctilmonia insignium** genitura. 99, 369  
**Satellitum, & regionum stipatorum** genitura. 127, 497  
**Scorpionis** quæ regiones attributæ. 103, 779  
**Sectorum & cognitorum** genitura. 122, 314  
**Seditiosorum** genitura. 116, 124  
**Seplasiariorum** genitura. 120, 163  
**Servius Juriscos.** 89, 213  
**Severorum** genitura. 125, 445  
**Signa** Antartica. 15, 447  
**Signa** asyndeta. 42, 388  
**Signa** averfa. 36, 196  
**Signa** biformia. 35, 168  
**Signa** communia. 37, 230  
**Signa** contraria. 42, 402  
**Signa** currentia. 38, 245  
**Signa** debilia. 38, 257  
**Signa** diverfa. 43, 432  
**Signa** diurna. 36, 203

**Signa** xii. Zodiaci. 10, 263  
**Signa** dupla. 36, 173. 49, 659  
**Signa** feminina. 37, 222  
**Signa** ferina. 35, 155  
**Signa** feffa. 38, 249  
**Signa** gemina. 35, 158  
**Signa** hexagona. 41, 374  
**Signa** humana. 35, 154  
**Signa** jacentia. 37, 221  
**Signa** mafculina. 37, 221  
**Signa** nocturna. 36, 203  
**Signa** fingularia. 41, 376  
**Signa** ftantia. 38, 247  
**Signa** terreftria, aquatica. 37, 223  
**Signa** Tropica. 38, 265. 49, 655. 78, 617  
**Signorum** apotelesmata. 55, 857  
**Signorum** Chronocratoriz. 76, 556  
**Signorum** confenfus in vifu, & auditu. 44, 468  
**Signorum** obliquitas. 67, 125  
**Signorum** triplicitates contrariæ. 45, 510  
**Signorum** tutelæ in membris humanis. 43, 453. 102, 702  
**Simplicium ingeniorum** genitura. 88, 188  
**Socrates.** 24, 772  
**Solon.** 24, 771  
**Spica, fidus.** 120, 271  
**Stellarum & Solis** forma rotunda. 9, 208  
**Stellarum** magnitudo. 133, 713  
**Subulcorum** genitura. 216, 125

T A -

T

TACITURNORUM genitura. 87, 150  
 Tauro quæ regiones attributa. 104, 751  
 Temporis diurni æstivi æquatio. 73, 423  
 Temporis nocturni æstivi æquatio. 73, 448  
 Temporis utriusque hiemalis æquatio. 74, 470  
 Temporum tutelæ. 75, 506  
 Temulentorum genitura. 117, 143  
 Theocritus. 32, 40  
 Terra in medio mundi. 8, 170  
 Terræ forma rotunda. 8, 204  
 Tefellatorum genitura. 127, 503  
 Tetragona. 39, 282  
 Teucris genitura. 121, 293  
 Thrasymeni clades. 84, 39  
 Tibicinum, & fistulorum genitura. 122, 324  
 Tortorum, & carnificum genitura. 124, 408. 130, 620  
 Tragædorum, & Comædorum genitura. 125, 453  
 Trepidorum genitura. 87, 138

Trigona. 38, 276  
 Tropicus Cancris. 19, 566  
 Tropicus Capricorni. 19, 580  
 Typhonis sedes. 55, 873

V

VENDITATORUM genitura. 87, 139  
 Vestiariorum genitura. 86, 132  
 Violentorum, & iracundorum genitura. 119, 220  
 Virgini quæ regiones subiectæ. 104, 761  
 Universi totius dimensio. 18, 539  
 Voluptariorum genitura. 87, 155  
 Urbium conditorum, ac everforum genitura. 98, 553, & seqq.  
 Ursæ cælestes. 10, 275

X

XERXES. 85, 65

Z

ZONIACUS. 21, 665

F I N I S.



---

**PATAVII. CIOIOCCXLIII.**

**EXCUDERAT JOSEPHUS COMINUS.**

*Catalogo de' Libri Cominiani ancora vendibili, co' legittimi  
loro prezzi a ragion di pronti contanti.*

- L**uclius cum notis Douſæ. 1735. 8. L. 2: 10  
 Plautus. 1725. 8. *in c. fina* L. 7. *in c. corſ.* L. 5  
 Catullus cum Jo. Antonii Vulpii Comment. 1737. 4. L. 15  
 Corn. Nepos cum Var. Lect. 1733. 8. *in c. f.* L. 2. *in c. c. L.* 1: 10  
 Salluſtius cum Fragn. Vett. Historicor. 1722. 8. L. 4  
 Virgilius caſtigatiſſime. 1738. 8. *in c. f.* L. 5. *in c. c. L.* 4  
 P. Syri Mimi ex M. Velferi reſenſ. & cum notis &c. 8. 1740. L. 1  
 M. Manilius ex melioribus quas adhuc habemus, editio-  
 nibus repræſentatus. Accedunt Chriſtophori Cellarii  
 Elementa Aſtronomica ad interpretandos Poetas alioſque  
 veteres Scriptores accommodata. David Gregorius de  
 Stellarum Ortu & Occaſu Poetico; & Julius Pontedera  
 de Manilii Aſtronomia, & Anno Cæleſti. 8. 1743. *in*  
*c. fina* L. 2: 10. *in c. corſ.* L. 2  
 Corn. Celfus, & Ser. Sammonicus cum notis Diverſorum,  
 Morgagni Epistoſis, & Facciolati Obſervatt. 1722. 8. L. 7  
 C. Valerius Flaccus. 1720. 8. L. 2  
 M. Fabius Quinctilianus illuſtratus. 1736. 8. 2. Vol. *in*  
*c. fina* L. 9: 10. *in c. corſ.* L. 7: 10  
 Macrobius. 1736. 8. *in c. fina* L. 7. *in c. corſ.* L. 6  
 Boethius de Conſolatione Philoſophiæ. 1721. 8. L. 2
- Del Boccaccio, Nouvelle ſcelte.* 8. 1739. L. 2: 10  
 M. Antonii, Jo. Antonii, & Gabrielis Flaminiorum Foro-  
 corneliienſium Carmina, a Mancurtio illuſtrata. 8. 1743.  
*in c. c. L.* 4. *in c. f.* L. 5.  
 Hieronymi Fracaſtorii, Adami Fumani, & Nicolai Archii  
 Comitſ Carminum Editio II. mirum in modum locu-  
 pletior, ornatioꝝ, & in II. Tomos diſtributa. accedunt  
 Italicæ Fracaſtorii Epistoſæ; inter quas eminent longio-  
 res illæ amœbæ Jo. Baptiſtæ Rhamnufii & Fracaſtorii  
 de Nili Incremento. II. Vol. *in* 4. 1739. L. 16  
 Sannazarii Poematum Latinorum; item Altilii, & Faſci-  
 telli, Editio II. elegantior, & auctior. 1731. 4. L. 7  
 L' *Epitalamio dell' Altilio colla traduzione in ottava Rima*  
*del Carminati.* 1730. 4. *impreſſione elegantiff.* L. 1: 10  
 M. Hier. Vidæ Carmina &c. illuſtrata. 2. Vol. 4. 1731. L. 15  
 -- Dialogi elegantiffimi & doctiffimi de Reipublicæ Di-  
 gnitate; ſeparatim. 1731. 4. L. 3  
*Del*

- Del Castiglione tutte le Opere Toscane e Latine.* 1733. 4. L. 9  
 Faerni Fabulæ, & alia Latina Opuscula. Editio II. nitidior, & auctior. 1730. 4. L. 2: 10
- M. Ant. Mureti Opera Rhetorica & Poetica, castigatiora, & ex MSS. auctiora; Præfatione item luculenta & eruditissima, Indicibusque copiosissimis nunc primum illustrata. 3. Vol. in 8. 1741. in c. f. L. 11. in c. c. L. 9
- Institutio Puerilis G. & L. eod. Mureto auctore, cum notis Ant. Constantini. 8. 1740. L. —: 10
- Aug. Valerius de Cautione adhibenda in Edendis Libris. access. Patricior. Venet. Orationes selectæ. 1719. 4. L. 5
- Del Paliziano le Stanze.* in c. gr. 1728. 8. L. 1
- Del Rucellai la Rosmunda.* 1728. 8. in c. gr. L. 1
- Del Casa il Galateo colla traduzione Latina ec.* 1728. 8. in c. fina L. 2. in c. c. L. 1: 10
- Del Costanzo, e del di Tarsia le Rime.* 1738. 8. L. 1: 15
- Del Davanzati Scisma d'Inghilterra, e altre Opere Toscane.* 1727. 8. L. 2
- Del Caro le Lettere.* Impress. 3. meglio ordinata, ed illustrata. in III. Vol. 8. 1743. in c. f. L. 11. in c. c. L. 9
- Di Bernardo Tasse le Lettere.* II. Vol. 8. 1733. in c. fina L. 10. in c. corsiva L. 8
- La Vita di Pietro Aretino scritta dal Conte Giammaria Mazzuchelli, Bresciano. con Figg.* 1741. 8. L. 3
- Del Sasso la Penelope, Tragedia.* 1724. 8. L. 1: 10
- — — *La Temista, Tragedia.* 1728. 8. L. 1: 10
- — — *Il Salvio Osone, Tragedia.* 1736. 8. L. 1: 10
- — — *Esame Critico intorno a varie sentenze d'alcuni rinomati Scrittori di cose Poetiche, e in particolare dell'Autore del Paragone della Poesia Tragica d'Italia con quella di Francia, stampato in Zurigo l'anno 1732.* in 8. 1738. L. 3: 10
- Dissertazioni del Signor Giuseppe Alaleona Maceratese Pub. Prim. Professore di Ration Civile nell'Università di Padova; a profitto de' Giovani studiosi della medesima facoltà. coll' aggiunta in fine della sua Vaghiatura ors Bajone, e Ciancione mugnaj ec.* 1741. in 4. L. 4
- La Vaghiatura suddetta separata.* L. 1: 10
- — — *eiusdem Prælectio de Hereditatibus quæ ab Intestato deferuntur.* 4. 1728. L. —: 15
- Jo. Ant. Vulpii Scholæ duæ: Altera, de Aristotele, ejusque laudatoribus, & reprehensoribus: Altera, Quæ præcipue eidem



- eidem Philosopho vitio vertantur. His adjectum est Syn-  
tagma de veteribus Philosophis, &c. 1728. 4. L. 2
- -- Orationes II. sc. De Cæli Natura & Substantia.  
& Academicorum, & Scepticorum Philosophiæ rationem  
non esse in Physica omnino repudiandam. 4. 1732. L. 2
- Jo. Ant. Vulpii Opuscula varia ligata ac soluta oratione  
scripta. &c. 1725. 4. L. 7
- -- *Opere Varie Latine e Toscane.* 1735. 4. L. 7
- Ejusdem Vulpii Oratio habita in Gymnasio Patavino,  
cum a tractanda Philosophia ad Politio-rem Humanita-  
tem exponendam translatus esset. 1737. 4. L. 1
- -- -- Acroasis de Tragedia &c. 1740. 4. L. 1
- Delle Rime dello stesso Impress. II. accresciuta ed illustra-  
ta.* 1741. 8. L. 2: 10
- Ejusdem Vulpii Carminum Libri quinque. editio altera  
nonnullis ejusdem Animadversionibus illustrata. accesserunt  
Joannis Antonii Vulpii antiquioris, Patricii & E-  
piscopi Novocomensis, ac Hieronymi ejus fratris Car-  
mina quæ supersunt. &c. 1742. 8. L. 3
- -- -- De Utilitate Poetices Liber. item Orationes III.  
pro Litteris Humanioribus adversus earum contemtores.  
8. 1743. L. 3
- Raccolta di Discorsi Accademici di varj Autori intorno agli  
Studj delle Donne.* 1729. 8. in c. f. L. 1: 10. in c. c. L. 1: 5
- Veteris Latii Profani & Sacri Tomi VII. Auctoribus Pe-  
tro Marcellino Corradino S. R. E. Cardinali, & Jose-  
pho Roccho Vulpio Soc. JESU, S. Congr. Indicis Conf.  
& Episcoporum. Examin. ab anno 1704. ad 1737. cum  
Figg. 4. *eb. maj.* Romæ & Patavii. L. 86
- Riceputi, Prospectus Illyrici Sacri. 1720. 4. *eb. maj.* L. 1
- Parere intorno all' antico Stato de' Cenomani ec. del Cano-  
nico Paolo Gagliardi.* 1724. 8. L. 1: 10
- Christophori Cellarii Orthographia Lat. 1739. 8. L. --: 15
- Vita D. Ignatii Lojolæ, auctore Jo. Petro Maffeo Soc.  
JESU, nunc IV. libro aucta, &c. a Josepho Roccho  
Vulpio, Soc. ejusdem. 1727. 8. in c. f. L. 4. in c. c. L. 3
- Thomæ a Kempis de Imitatione CHRISTI Libri IV.  
ex accuratissima P. Heriberti Rosweydi Soc. JESU re-  
censione. 1728. 8. in c. f. L. 2: 10. in carta conf. L. 2
- Discorsi della Dignità Sacerdotale, colla Vita, e co' Ricordi  
del Ven. Maestro Giovanni d' Avila.* 1727. 8. L. 1
- Prin-

- Principj di Filosofia Cristiana sopra lo Stato Nuziale ad uso delle Donzelle Nobili destinate al Matrimonio ec. del Co. Francesco Beretta . 4. 1730. in c. f. L. 7: 10. in c. c. L. 6*  
*Lettera d' Istruzione, del medesimo Sig. Conte, a una Monaca Novizia . Impr. 2. 1738. 8. in c. f. L. 2. in c. c. L. 1: 10*  
*Il Combattimento Spirituale, e le altre Operette del P. Scupoli Teatino, ridotte alla vera lezione, ed illustrate. 1737. 8. in c. fina L. 3. in c. corf. L. 2: 10*  
*Del Cacciaguerra, Trattato della Tribolazione ec. 1724. 8. L. 2: 10*  
 -- -- *della SS. Comunione. 1734. 8. in c. f. L. 2. in c. c. L. 1: 10*  
 -- -- *Le Meditazioni, illustrate in varie maniere. Si aggiugne in fine la celebre Meditazione di S. Luigi Gonzaga intorno agli Angeli. 1740. 8. in c. f. L. 3. in c. c. L. 2: 10*  
 -- -- *Dialogo colla B. Felice sua penitente, molto istruttivo in fine di cui è la Vita della stessa scritta dall' Autore. Si aggiugne una importantissima Lettera di Bernardino Scardeone alle Monache di S. Stefano in Padova. E tutto ciò illustrato ec. 8. 1740. in c. f. L. 2: 10. in c. c. L. 2*  
*Orazione del Cardinal Passionei in Morie di Eugenio Francesco Principe di Savoia. 1737. in 8. di carta gr. L. 1: 15*  
*Il Conforto degli Afflitti del P. Gaspare Loarte della Comp. di GESU', corretto ed illustrato. 8. 1739. in car. corf. L. 2. in c. fina L. 2: 10*  
*Apologia di D. Gaetano Volpi per la Vita di S. Filippo Neri contra d' un certo Accademico Intronato. ec. 8. 1740. L. 1*  
*La Fede del Libero Arbitrio e della Grazia Divina ec. Lettera del P. Lorenzo Longo dell' Oratorio. 8. 1742. L. --: 10*  
*Orazione Panegirica in lode di S. Francesco di Sales, di D. Carlo Barbieri Nobile Vicentino, ora Prete della Congreg. dell' Oratorio. 8. 1742. L. --: 10*  
*Riflessioni d' una Dama Penitente sopra la Misericordia di Dio. Pensieri Cristiani del P. Bours; e tutto ciò ridotto a miglior lezione. impressione assai bella, fatta a spese d' un particolare. in 8. 1743. si vende a contanti L. 2*  
*L' Apocalisse di S. Giovanni tradotta in versi Italiani da Locresio P. A. 4. 1743. impress. magnifica, e molto ornata, a spese dell' Autore. L. 5.*  
*Vita antica di S. Caterina da Genova, coll' altre Opere spirituali, ridotte ad assai miglior lezione del solito, e illustrate d' un Indice accurato aggiuntevi altre notizie tratte da uno Scrittore moderno. 8. 1743. c. c. L. 3. 10. in c. fin. L. 4*







